Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Lange

Hodegus Latini Sermonis Tripartitus, Continens Institutiones Stili, Nec non Phrasium Lectissimarum Copiam, Seu Anthologiam, Atque Flores, E Probatissimis Auctoribus Collectos : Cum Praefatione De meta curriculi studiorum scholastici

Libri Tres Olim seorsim, nunc conjunctim, editi, Berolini: Papenius, 1715 [erschienen] 1719

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn813608325

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

10.a.9.

Cd_546.

C° II.d. 3042 1:2.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn813608325/phys_0002
DFG

HODEGUS LATINI SERMONIS TRIPARTITUS,

Continens

INSTITUTIONES STILI,

Nec non

PHRASIUM LECTISSIMARUM COPIAM,

Seu

ANTHOLOGIAM,

Atque

FLORES,

E PROBATISSIMIS AUCTORIBUS COLLECTOS.

LIBRI TRES

Olim seorsum, nunc conjunctim, editi,

AUCTORE

JOACHIM. LANGIO,

P. P.

CUM PRÆFATIONE

De meta curriculi studiorum scholastici.

BEROLINI,

Impensis Jo. CHRISTOPHORI PAPENII,

Bibliopolæ Reg. & Societatis.

ANNO cIↃ IↃ CCXV.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn813608325/phys_0005

DFG

Ex
Bibliotheca
Academica
Rostochiensi

LECTORI LATINITATIS AMANTI S. D. P. A.

§. I.

CUm exacto ſtudiorum, quæ in Academiis formari ſolent, curſu juventuti ſcholaſticæ olim præficerer, huic ut prodeſſem, pro viribus meis exiguis omnem dedi operam. Et hæc, inter alia, progenuit hoſce, quos, ſub generali *Hodegi* inſcriptione, identidem rogatus, nunc conjunctim exhibeo, tres libellos, olim ſemel atque iterum ſingulatim editos. Quibus cum pro more, viris doctis recepto, aliquid præfandum ſit, paucis diſſeram de ea ſtudiorum meta, quæ in vitæ ſcholaſticæ curriculo

attingi queat. Loquar autem præcipue de institutione privata, ita tamen, ut pleraque etiam publicæ conveniant. Annorum seriem, quam servo, boni præceptoris prudentia pro arbitrio mutabit, & instituto suo accommodabit.

§. II. Puer quadrimus, una cum parca vocabulorum notiorum instillatione, docetur elementa litterarum: quibus usque ad expeditam legendi facultatem per annum *quintum* comprehensis, anno *sexto* addiscit nominum & verborum paradigmata, ea ratione, quæ in præfatione Grammaticæ meæ Latinæ pluribus exponitur. His mediocriter notatis, eodem anno inchoatur *Tirocinium paradigmaticum*, Grammaticæ subjunctum. Vocabulorum copia hic & deinceps comparatur, augeturque, ea via, quæ citato loco itidem commonstrata est.

§. III.

§. III. Anno *septimo* succedit accuratior paradigmatum tractatio, inter magis necessarias eorundem observationes, in Grammatica passim insperſas, acuenda; nec non aliquis syntaxeos præguſtus, una cum *Tirocinii Dialogici*, quod paradigmatico subjunctum est, usu: qui ubi frequens fuerit atque gnavus, hoc anno Dialogi bis aut ter commode possunt absolvi, Loquor autem de ingenio, ad studia non inepto, sed excitatiori.

§. IV. Annus *octavus*, præter sedulam eorum, quæ septimo comprehensa sunt, repetitionem, impenditur facilioribus *Ciceronis Epistolis* ac *Cornelio Nepoti*, si non bis, certe tamen semel hic absolvendo, & quidem cum notitiæ grammaticæ, speciatim syntacticæ, incremento. Alii, Nepotis lectione adhuc dilata, non sine fructu illi *Castalionis* Dialogos præ-

mittunt. Hoc anno commode inchoatur Latini sermonis extemporalitas, seu quotidiana loquendi consuetudo: quæ eo erit facilior, quo diligentius antea fuerit tractatum & jam repetatur Tirocinium Dialogicum; quippe quod, uti aditum parat ad legendos auctores, sic præcipue huic Latine loquendi scopo inservit, continens res, pueris intra & extra scholam per totum diem obvias.

§. V. Cornelius vero Nepos quomodo tractandus sit, perito præceptori ignotum haud est. In gratiam imperitorum sequentia monuisse sufficiat: Quia magna solet esse verborum & locutionum de rebus ignotis difficultas, merito cuilibet capiti præmittitur brevis & jucunda rei, quæ eo continetur, enarratio & explanatio: qua mediocriter notata, præceptor non exigit a discipulo expositionem auctoris; utpote quæ in

viri-

viribus ejus nondum posita est; sed hanc ipse per minora sermonis membra, seu periodos, clara tardaque voce semel atque iterum præit; deinde discentem, ut sequatur, jubet, subinde insperſis monitis de Germanice & Latine loquendi convenientia, ac discrepantia, ac tandem præceptis Grammaticis ad rem præsentem accommodatis, ita ut theoria lectionis praxin dirigat, & hæc illam confirmet. Calligraphiæ studium hic & deinceps non negligendum esse, facile constat.

§. VI. Anno *nono* Cornelius Nepos una cum Epistolis Ciceronis repetitur, sed ita, ut diversis horis hic etiam ferveat EUTROPII, aut JUSTINI, tractatio, hoc anno facile absolvenda, saltem maxima ex parte. Et quemadmodum modo dicta repetitio majorem Latinitatis curam habet, sic non minorem hic EUTROPIUS,

aut JUSTINUS, exigit. Et cum hoc commode, diverso tamen tempore, conjunguntur selecta Latini sermonis *Adagia*, quæ Institutionum Stili appendix exhibet; nec non *Flores* ex *Ovidio*, utpote Virgilianis & Horatianis faciliores. Grammaticam hic in singulis partibus, sed dilata adhuc poëtica, magis magisque esse pernoscendam, per se liquet.

§. VII. Anno *decimo* noni anni pensa quam utilissime repetuntur, aut, nondum plene absoluta, perficiuntur, una cum crebris stili exercitiis; ante hos, qui hic locum habent, profectus non facile exigendis. Nam si maturius exigantur, tirones in summa Latini sermonis penuria repleri solent tædio, studiis admodum noxio. Optima autem est stili exercitatio, qua certa auctorum, jam tractatorum, loca Germanice vertuntur, versa autem cum ipso Auctore muto

qui-

quidem, sed optimo, Latinitatis magistro, studiose conferuntur. Si quid e Germanico versum fuerit in Latinum, errata non statim corrigantur, sed, tantum lineola notata, ipsi discenti corrigenda permittantur: qui quo attentius in erroris sui rationem inquirit, eo redditur cautior. Sed hæc obiter. Non enim est instituti mei, ipsam discendi methodum in singulis lectionum momentis peculiaribus monitis dirigere, sed tantum delineare curriculi scholastici ordinem.

§. VIII. *Undecimo* anno succedit CURTIUS, una cum selectis PLINII Epistolis. His adduntur *Flores VIRGILII & HORATII*, quos hic Hodegus exhibet. Eædem lectiones continuantur, partim etiam repetuntur, anno *duodecimo*, præceptis grammaticis identidem in consilium adhibitis. *Plinianis* tamen Epistolis posteriore hoc anno commode Epistolæ *Ciceronis* junguntur. §. IX.

§. IX. Et quia præstat, pauca multum, quam multa parum, tractare; anno post *decimum tertio & quarto* singulari cum fructu recoluntur ea omnia, quæ a lectione Nepotis usque ad Curtium antea tractata fuerunt. Sic redeunt in memoriam singula, eique tenacius infiguntur & inhærent. His tamen commode superadditur *Anthologia*, quæ eam phrasium copiam, quæ e lectis auctoribus jam magna exparte cognita est, non ingrato exhibet ordine, hoc memoriæ inserviens.

§. X. Circa annum *decimum quintum*, ut judicium aliquanto maturius informando poliendoque stilo se exserat, necesse est. Non autem se exseret melius, quam si eas Latinitatis opes, quæ adhuc beneficio memoriæ congestæ sunt, bene digerat, atque ad promtam Latine scribendi facultatem convertat. Hic demum

in

in subsidium vocantur eæ *Stili Institutiones*, quas hic Hodegus primo quidem loco sistit, sed ultimo tractandas. Ostendunt enim, quibus modis stili exercitatio institui possit, & quid ad eundem recte dijudicandum ac perficiendum requiratur.

§. XI. Quemadmodum anno post decimum quinto auctorum lectionem jam varia scribendi exercitia acuerunt; sic in eodem cursu pergendum est per *duos annos sequentes*; & ita quidem, ut præter supra dictos scriptores, etiam alii nonnulli, inprimis historici ac philosophici argumenti auctores cum judicio legantur, & inter poëtas præcipue *Virgilius* integer cognoscatur; nec e Poëtis Christianis *Buchananus* & *Eobanus Hessus*, ubivis obvii, negligendi sunt. Quo in opere adolescens præceptoris institutione & auxilio parum eget, sed jam non infeliciter suis ipse viribus

bus progreditur. Nec inconsultum est, hisce annis suum de stilo judicium instruere ac confirmare scriptis recentiorum Criticorum, præcipue utriusque BORRICHII ac CELLARII.

§. XII. Hac via *duodeviginti annorum* juvenis obtinuit egregiam Latini sermonis facultatem. Quæ si in Academicis quoque annis sua condimenta, suamque exercitationem, accipiat, plenam deinde habet Latinæ linguæ fiduciam, ea, tanquam expedito instrumento, usurus, simul atque illud vitæ & officii ratio postulaverit. Non autem putandum est, per tantum temporis tractum, qui ab anno quinto usque ad duodevigesimum extenditur, non nisi linguam Latinam unice esse discendam, aut addisci posse. Nam, ut de disciplinis aliis taceam, etiam linguæ, quas alma Christi crux nobilitavit, h. e. *Græca* atque *Ebræa*, cum Romana conjungendæ sunt. Quod qua ratione quam commodissime, meo quidem judicio, fieri queat, paucis edisseram.

§. XIII. Quia *Hebræa* Græcis faciliora sunt, ab iis merito fit initium, & quidem circa annum ætatis *octavum*: quo quando post elementa litterarum, per unam atque alteram horam comprehensa, aliqua lectionis facultas per aliquot hebdomadas parata est,

IV. pri-

IV. priora Geneseos capita legendo ac relegendo vertantur. Cum excitatioribus ingeniis facilis hoc anno progressus datur si non ad finem, certe tamen ad medium usque, Geneseos. Cum ipsius codicis lectione sensim instillantur paradigmata.

§. XIV. Anno *nono* & *decimo* absolvuntur libri totius codicis historici faciliores. Idem ad minimum bis repetuntur *annis duobus* proxime insequentibus. In quo cursu si tirones se *Clavi* meæ, (quæ etiam adjunctam habet Grammaticam) aut alius ejusmodi libri subsidio ad ipsius Codicis lectionem præparent, eo minus illa difficultatis objiciet. Anno post *decimum tertio, quarto & quinto*, præter historicorum repetitionem, instituitur ac iteratur reliquorum librorum lectio, ita ut, anno *decimo quinto* exacto, integer Hebræus codex jam aliquoties, saltem semel atque iterum, absolutus sit, & Latinè verti possit.

§. XV. Annis *tribus* usque ad *undevigesimum* insequentibus repetita Hebræi codicis lectio continuatur, in consilium subinde vocata *Philologia sacra GLASSII*, & additis simul Chaldaicis, quæ Daniel & Esra continent. Qui ducem habet, his annis jam legit faciliora *Rabbinorum* scripta, nec non *Novum Testamentum Syriacum*. Nec intermit-

mittit se mature assuefacere ad lectionem Hebræi *codicis*, *punctis* destituti. Et hic desinit meta scholastica, respectu linguæ Hebrææ, ac reliquarum Orientalium.

§. XVI. Pergo ad linguam *Græcam*, cum Latina itidem conjungendam. Post lectionis rudimenta hic initium capitur circa *annum decimum* a VII. prioribus Matthæi Capitibus: quibus una cum potioribus Grammaticæ præceptis bene comprehensis, anno *undecimo* & *sequenti* absolvitur Novi Testamenti lectio: eademque anno post decimum *tertio* & *quarto* bis ad minimum repetitur. Anno *decimo quinto sexto*que leguntur LXX. Interpretes, una cum libris V. T. apocryphis. Ne vero Novi Testamenti lectio plane cesset, adolescens his & sequentibus duobus annis certas horas utitur *Compendio Leusdeniano*, cujus beneficio Græci Codicis recognitio non brevis minus est, quam facilis. Eundem usum *Compendium V. T. Hebræum* occupatis in repetitione præstare, haud est ignotum.

§. XVII. Anno *duodevigesimo*, uti & antecedenti degustatis aliquot minoribus Græcorum patrum scriptis, saltem MACARII *Homiliis*, adeuntur auctores, qui, quod a republica Christiana sejuncti fuere, non immerito *profani* dicuntur; inprimis non-

nonnulla ISOCRATIS, XENOPHONTIS, PLUTARCHI & HERODIANI; item THEOPHRASTUS ERESIUS & ex Po tis HESIODUS. Hunc in Græcis terminum qui attingit ante cursum studiorum Academicum, ipsi deinde patet omnis Græcia in reliquis antiquitatis monumentis.

§. XVIII. Linguarum studiis etiam *disciplinas* jungendas esse *alias*, nemini facile ignotum est. Sed in his tamen ultra propædiam aliquam nunc nondum tenditur; De qua ut jam per partes seorsum agam, non fert instituti mei ratio. Quanta vero sobrietate in tractandis disciplinis, & præcipue philosophicis, opus sit, tradidi in *Medicina Mentis*; & salutaris DEI, rerumque divinarum cognitio, in quo omnis scholasticæ institutionis nervus & caput est, quanta cum cura & industria per DEI gratiam juventuti instillanda sit, in Grammaticæ Latinæ præfatione pluribus monui.

§. XIX. Hæc hactenus de studiorum meta, in curriculo scholastico ante Academicum attingenda. Quæ etsi, quod non nescio, vulgo non attingitur, non tamen est ex earum rerum classe, quæ fieri non possunt; quemadmodum quotidiana, etsi

etsi non ubivis obvia, experientia abunde comprobat. Loquor enim de ingeniis excitatis & industrii[illegible], nec prudentes minus, quam fidele[illegible]ceptores nactus: quibus quot destitua[illegible]r, sero solet animadverti. Alios, eosque ad studia haud ineptos, adolescentes aliis impedimentis, quæ modo morbus, modo paupertas, aliaque difficultas, objicit, ad hanc metam quo minus pervenire possint, abstineri, est notissimum. Singuli vero libelli, quos hic *Hodegus* complectitur, quomodo legendi sint, in cujusque præfatione docetur. Hæc pauca, benevole Lector, boni consule; Et si his observationibus meis tenes rectiora, tua meis præfer.



IOACHIMI LANGII

INSTITVTIONES STILI LATINI,

quibus

non solum de

NATVRA, ADIVMENTIS, DIVERSITATE, VARIISQVE STILI GENERIBVS AC REGVLIS,

presse agitur; sed etiam

INTERPVNGENDI MODVS

ostenditur; nec non

notabiliores

BARBARISMI AC SOLOECISMI,

subiuncto iudicio

de

Latinæ Linguæ

AETATIBVS ET AVCTORIBVS,

strictim exhibentur.

Accedit Schediasma de

ELOQVENTIA SCHOLASTICA,

una cum Tabula Rhetorica,

nec non

APPENDIX DE PRAECIPVIS LATINI SERMONIS ADAGIIS.

Editio tertia.

BEROLINI.

Sumtibus Io. CHRISTOPH. PAPENII.

A. C. M.DCC.XIII.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn813608325/phys_0021

DFG



Lectori Latinitatis amanti

S. D. P.

Auctor.

NOn ratione tantum, sed oratione etiam, reliquis animantibus præstare hominem, in vulgus notum est. Vtramque vero facultatem qui coniunctim, & eo, quo par est, studio ac labore excolant, inter mortales, immo & in doctorum, qui vulgo vocantur, ordine, paucissimos deprehendas. Quid enim docta stultitia, quid corrupto dicendi genere, est communius? Et in promtu huius labis causa est. Volunt bene dicere, qui nondum cœperunt bene cogitare. Non autem cogitatur bene, nisi per sapientiam, solidam illam atque castam, veri rectique præceptis atque opibus abundantem. Qua quo melius instructa ac emendata est ratio, eo felicius ac facilius formatur oratio, ita ut veræ sapientiæ incorrupta sit inter-

pres, seu purum politumque & expeditum instrumentum. De sapientiæ, veræque eruditionis, indole ac studiis mea *Mentis Medicina* agit. Quæ quo instrumento ac vehiculo egeat atque delectetur, in hisce *Stili Institutionibus*, quam fieri potuit brevissime, trado, via ad nativæ & incorruptæ Latinitatis facultatem imperitis patefacta.

Ne quid vero, quod ad rem præsentem omnino pertinere videretur, hic deesset; præter stili naturam, constitutionem, diversaque eius genera, non tantum interpungendi modum ostendi, sed etiam syllogen adieci notabiliorum barbarismorum ac solœcismorum; nec non iudicium de diversis Latinitatis ætatibus atque auctoribus. Distinguendi rationem si quis novit accuratiorem, suo abundet sensu. Quod verisimile est, & quod in doctorum (quorum quam pauci ad has minutias descendant, haud est ignotum) scriptis ipso usu deprehendi, optimum esse ac tutissimum, brevissime exhibui. Quam indigne autem hæc doctrina vulgo negligatur, & quanta sensus obscuratione sui contem-

temtum vindicet, est manifestum. Itaque verum etiam hic est tritum illud: *Qui bene distinguit, bene docet.* Si quis vero, me vel in hoc ipso libello a præceptis meis nonnunquam discedere, fortasse deprehenderit; nisi sphalma aliquod subsit typographicum; noverit, tironibus quidem leges a me præscribi, me ipsum autem, legum istarum immemorem, pro iudicii arbitrio sermonem distinguere. Tota enim hæc res iudicio dirigitur: cuius diversitas distinguendi diversitatem, imbecillitas vero eam hic obscuritatem, aut difficultatem, parit, cui regulæ possunt nullæ ex toto mederi. Ad barbarismos vero ac solœcismos quod attinet, eos collegi potissimum, a quibus præ ceteris periculum est, h. e. qui non vulgares tantum sunt, sed aliquam quoque recti speciem præ se ferunt. Quorsum ea etiam refero, quæ non plane quidem barbara sunt, sed Latinitatis tamen cadentis.

Tantum autem abest, ut aliorum labores discentium manibus excussos velim, ut eos potius iisdem etiam atque etiam commendem, ut sunt: *Scripta Vallæ, Schori,*

Goclenii, *Sanctii*, *Scioppii*, *Vossii*, *Vorstii*, *Perizonii*, *Praschii*, *Borrichii*, aliorum; in primis vero, quem primo loco nominare debebam, Cl. *Cellarii* nostri: qui quanta & industria & felicitate suum Latinis litteris decus ac pretium auxerit, nostra agnoscunt tempora, futura autem merito laudabunt. Præter laudatos scriptores nuper admodum prodiit *Cyriaci Güntheri Latinitas Restituta*, cum præfixa Cl. *Vockerodti*, Ill. Gymn. Gothani Rectoris, præfatione de recta & antiqua eloquentiæ Latinæ ratione, corruptelis, & harum remediis: quæ præfatio, seu dissertatio, ut in plurimorum sit manibus, & præcipue ut ab iis, qui rei scholasticæ præsunt, probe expendatur, exopto. Tetigit enim, immo pro more suo mascule nudauit, ac quasi compressit, illud scholasticæ calamitatis ulcus, quod in sonora pseudorhetorum, præcipue dramaticorum, vanitate est. Profecto hoc doctorum genus eo iuventuti est nocentius, quo, pro ingeniorum excellentia, elegantius ac speciosius ineptit. Sed spero, fore, vt Deus, divinæ veritatis luce animis infusa, hanc matæologiam schola-

scholasticam magis magisque refrenet.

Ad institutiones meas ut redeam, duo adhuc, quæ moneam, supersunt: ac primum quidem, voces ecclesiasticas in argumento sacro tolerari excusatius. Ipse enim Cicero, si Apostolorum vixisset ætate, Christoque dedisset nomen, eiusmodi voces ac locutiones procul dubio, civitate Latina donatas, in deliciis habuisset. Id quod generatim notandum est contra nimios antiquitatis admiratores, qui voces ecclesiasticas promiscue omnes fastidiunt, Latineque ac simul obscure loqui, immo, si desit vocabulum pure Latinum, plane tacere malunt, quam cum Christianis more loqui Christiano. Christi vero cultoribus quod licet in argumento sacro, idem (ut de philosophis nihil dicam) nonnunquam permissum est artificibus, qui præter vocabula sua peculiaria, non possunt non rebus, seu inventis, novis nova interdum nomina indere. Deinde serio monitos velim Latinitatis studiosos, vt, si extantiores barbarismos & solœcismos evitare didicerint, caute in aliorum scriptis censoria utantur virgula, neque

existiment, illum viri Latine docti mensuram haud implere, cui forte una atque altera, suspectæ, cadentis, aut plane non probandæ Latinitatis vox exciderit. Ea enim pravæ consuetudinis vis est, ut inter ipsos etiam Criticos vix reperiatur ullus, cui non confitendum sit, se minus cogitate & accurate quædam scripsisse; ut ipsorum libros legenti satis superque constat. Id quod si mihi quoque, tersæ & incorruptæ dictionis studioso, vel in hoc ipso scripto accidit, veniam mihi promitto eo faciliorem, quo minus Aristarchi, aut superstitiose anxii Ciceroniani, nomen affecto. Nihil autem, quod ad litterarum attinet studia, æque in votis habeo, quam ut iuventus, relicta vanitate vulgari, in veritatis studio magis magisque sapere discat. Ceterum, lector benevole, Deo commendatus vale. Scriptum Berolini prid. Kal. Martii CIↃ IↃCCII. recognitum Hallæ Sax. sub finem anni CIↃ IↃCCX.

I. N. I.

I. N. I.

INSTITVTIONVM STILI

CAP. I.

De

STILI NATVRA ET NECESSARIIS EIVSDEM ADIVMENTIS.

§. I.

Stilus est vox Latina, saltem Latinitate donata, &, proprie accepta, idem significat, quod Græcorum γραφὶς, γραφίον, sive instrumentum scriptorium, veteribus usitatum: cuius pars seu extremitas inferior, qua formabantur litteræ, erat acuminata; superior vero obtusa ac plana, qua in ceratis tabulis stili acumine exarata rursus delebant, ceramque complanabant. Hinc *stilum vertere*, erat scriptum mutare, aut emendare, inducta priore scriptura, secundum illud Horatii, L. 1. Serm. Sat. X, v. 72.

Sæpe stilum vertas, iterum, quæ digna legi sunt, Scripturus,

Huc refer illud Plauti : *Effer cito stilum, ceram, tabellas.* Bacch. act. 4 sc. 4.

§. II. Deinde *stilus* ponitur pro *exercitio* & usu *scribendi* : quo sensu Ciceroni L. I. de Orat. c. 33. *stilus* dicitur *optimus* & *præstantissimus dicendi effector ac magister.* Idem c. 50. *Ubertas*, inquit, *orationis stilo depascenda est.* Et, quia frequens scribendi usus certum orationis genus ac characterem, seu certam ejus formam, parit, *stilus* apud Latinos præcipue accipitur pro ipsa hac *sermonis structura* atque *forma*, v. g. *Comœdia dissimili oratione facta ac stilo.* Ter. Prol. Andr. *Onerabit hoc modestiam nostram, etiamsi stilus ipse fuerit pressus demissusque* (eingezogen / niedrig / schlecht) *propterea, quod cogimur, cum de munificentia parentum nostrorum, tum de nostra, disputare*: & paulo post: *Quid utilius fuit, quam munificentiæ rationem etiam stilo prosequi.* Plin. Epist. L. I. 8.

§. III. Stilus vestem repræsentat. Unde, quæ ejus debeat esse ratio, facile liquet. Etenim ut sanum mundumque corpus munda, beneque conveniens, nec minus a sordibus, quam a luxu, aliena vestis ornat; sic res seu materias bonas solidasque pura ac selecta decet oratio. Quis enim corporis staturam, formamque bonam, sordido, aut incomposito, vestitu deformabit? Quis vir puerili, aut muliebri, amictu prodibit in publicum? Quis non fiet ridiculus, si cultum affecta-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn813608325/phys_0030
DFG

fectaverit, aut nimis obsoletum desvetumque, aut temere novatum, ab ordinario habitus genere abhorrentem? Eadem est ratio orationis Latinæ, in qua servanda est Romanæ consvetudinis proprietas, mundities ac decentia, seu venustas.

§. IV. Quatuor vero sunt adiumenta, quæ stilum mirifice expoliunt ac perficiunt, seu expeditam Latine, i. e. pure ac eleganter, scribendi facultatem parant: *Lectio*, *iudicium*, *imitatio*, *exercitatio*. Quibus fundamenti loco supponitur rudior, seu grammatica, lingvæ Latinæ, institutio ac cognitio: de qua ut hic agam, non est instituti mei. De singulis adiumentorum generibus seorsum, & quidem habito solutæ orationis respectu.

Membrum I.

De

LECTIONE.

§. I.

LEctio adit ipsos Romani sermonis fontes, seu auctores antiquos, incorruptæ Latinitatis laude florentes, eorundem notitiam pariens certam, aut ab aliis datam confirmans.

§. II. Lectio alia est *publica*, alia *privata*. *Publica* in scholis a certo lingvæ Latinæ magi-

stro

ſtro, qui etiam ſæpe privatim publicæ defectum ſupplet, dirigitur. *Privata*, proprio cujusque ſtudio ſuſcepta, publicæ inſervit, eamque acuit ac promovet: ſicut hæc illam; utpote quam neceſſario requirit, ad ſtilum formandum ſola non ſufficiens.

§. III. *Lectio privata*, quæ præcipue huius loci eſt, *conſtantiam* poſtulat ac *diligentiam*. Conſtantia uni eidemque auctori non legendo tantum, ſed etiam relegendo, cognoſcendoque, cum iuſta mora inhæret: atque ita medetur communi iuventutis vitio, quo, per ſangvinis calorem incitata, e ſcriptoris alicuius lectione, vix per aliquot dies aut hebdomadas continuata, ad alium tranſit. Quæ varietas delectat quidem, ſed parum prodeſt.

§. IV. *Lectionis diligentia*, præter peculiarem dictionis in auctore aliquo indolem ac genium, etiam verborum proprietatem, concinnitatem ac cum rebus convenientiam, phraſeos Latinæ conſvetudinem, ac naturalem, ſeu ſimplicem ac genuinum, connectendi modum, obſervat. Quæ lectio quo minus fructu careat, optima ac elegantiſſima quæque certis quibusdam aſteriſcis, ſive notis, ſunt paſſim inſignienda, ut, citra univerſa relegendi tædium, præcipuorum facilis ſit repetitio, & tempus, quod excerpendis phraſibus alias dari ſolet, hac ratione redemtum, melius poſſit collocari.

§. V.

§. V. Lectionis diligentiam alunt atque augent tria adminicula : *Observationes philologorum*, *creber probati lexici usus*, *nec non assidua emendati phraseographi tractatio* παρέργως quidem horis subsecivis, non tamen obiter, adhibenda.

§. VI. Subsidiaria *philologorum opera* lectionem ita dirigit, ut simul legentis iudicium formet atque expoliat, meditandique negotium non facile minus reddat, quam iucundum. Præ reliquis hic commendationem merentur scripta VALLÆ, GOCLENII, SCHORI, VOSSII, SANCTII, SCIOPPII, VORSTII, PRASCHII, BORRICHII utriusque, CELLARII, GYNTHERI, hunc in finem edita & passim obvia. Tironi horum unum atque alterum sufficit.

§. VII. Lexici Latini lectio non solum, quoties nodus aliquis incidit, in consilium est vocanda, sed etiam continuo ordine persequenda, quando discenti tantum vacui temporis spatium relinquitur. Primas vero hic tenere *Thesaurum Fabri*, qualis e doctissima Cel. CELLARII recensione prodiit, in confesso est. Afferenda autem est ad hanc lectionem quædam auctorum Latinorum notitia, ut auctoritate, quæ singulis vocibus ac locutionibus adiicitur, conspecta, statim nobis constet, ad quam Latinitatis ætatem illa pertineat, atque an imitatione digna sit.

§. VIII.

§. VIII. Latinarum *phrasium* proprietatem ac copiam suppeditant SCHORUS, MANUTIUS, PAREUS, JOSÆUS, SCHOENSLEDERUS, SEYBOLDUS. Ea autem phraseologia mihi visa est optima, quæ secundum seriem verborum, insigni locutionum ubertate præ aliis gaudentium, ex probatis Romani sermonis auctoribus est collecta. Qui mea non aversatur, in usum suum adhibere poterit *Latinitatis Anthologiam*, quæ, singulari cum compendio, septem plagulis totidem phrasium Latinarum millia complectitur. Cui libello non sine fructu, quod confido, iungi poterit alter, inscriptus: *Sententiarum ac phrasium emphaticarum floscuti*, e Latinorum poetarum principibus, VIRGILIO, HORATIO & OVIDIO, collecti. Errant enim non parum, qui, poetas nihil ad solutæ orationis facultatem conferre, arbitrantur. Utriusque libri usum præfationes tradunt, quarum altera præcipue agit de cautionibus, christiano in scriptorum, a † christianæ religionis professione alienorum, lectione observandis.

§. IX. Ceterum, præter lectionem *accuratam* & tardiorem, requiritur etiam quædam quasi volitans lectio, quæ cursim, non quidem per omnes, per omnis tamen generis, auctores fertur, cognitaque singulorum indole, ex iis optima quæque delibat. Hæc incitatior lectio

ctio in locis difficilioribus non moratur, sed, iis vel ad lectionem accuratiorem, vel ad criticos, remissis, citra nimiam solicitudinem in reliquis pergit. Plura de lectione occurrent membris hujus capitis sequentibus.

Membrum II.

De

IVDICIO.

§. I.

I*Vdicium*, sive accuratum eorum, quæ legimus, aut scribimus, examen, cum habilitate ingenii, in stilo formando tam est necessarium, ut sine illo lectio fructu careat, & imitatio cum exercitatione, quam dirigit, ieiuna maneat atque exsanguis. Nemo enim, nisi qui potest bene cogitare, potest bene loqui, bene apteque scribere. Quare, crescente iudicio, ac solida rerum cognitione, stili crescit elegantia ac facultas.

§. II. *Iudicium* autem in stilo aliud vocare possumus *mentis*, aliud *aurium*. IVDICIVM MENTIS versatur circa orationis nostræ ac alienæ *decorum*, seu decentiam, *ordinem*, *perspicuitatem*, *dignitatem* ac *connexionem*.

§. III. DECENTIAM observaturo iudicandum est

(1.) de orationis totius charactere, qui, si dignus

dignus, rebusque conveniens est, grandia grandi, vulgaria vulgari, mediocria mediocri, sermonis habitu induit, atque adeo corpori vestem, non corpus vesti, aptat:

(2.) de verborum membrorumque necessitate, vel utilitate, num quid in sermone desit, vel cum futilitate supersit:

(3.) de singulorum convenientia, utrum verba satis sint significantia, & res æquent, an eas excedant, vel infra dignitatem earum subsistant? num sint personis, tempori, loco, ac similibus, apta? Quod si iudicium versatur non nostro, sed alieno inscripto, præcipue peculiaris eius forma considerandа est, distincta ab aliis, & cuilibet scriptori propria.

§. IV. ORDINIS observatio inter alia postulat,

(1.) ut vitetur inconcinna verborum traiectio:

(2.) ut oratio crescat, h. e. ut gravioribus leviora, & minus digna dignioribus, præponantur:

(3.) ut consequentia iis, quæ naturali ordine præcedunt, postponantur. Quæ, aliaque, boni ordinis momenta, quomodo ab auctoribus observata sint, probe dispiciendum est.

§. V. PERSPICVITAS, præter aptam argu-

argumentorum & partium dispositionem, potissimum ab elocutione pendet, amatque

[1] *Dictionem moderatam*, quæ nec nimis concisa est, nec nimis producta, vel ἀναπόδοτος, sensum ex parte in suspenso relinquens:

[2] *Dictionem propriam*, quæ à tropis quidem decentibus non abstinet; sed sedulo tamen fugit vocabula audacter translata, immodice allegorica, mere poetica ac ænigmatica, quoad significationem vel constructionem ambigua ac amphibolica:

[3] *Dictionem usitatam*, quæ à vocibus temere novatis, aut antiquatis & peregrinis, præter necessitatem usurpatis, aliena est.

[4] *Dictionem apte collocatam*, quæ vocabulis contra genuinam syntaxin perturbatis, aut vitiose traiectis, non est horrida & obscura.

[5] *Dictionem* interpunctionibus, de quibus vide infra, luculenter *distinctam*. Has quinque perspicui sermonis proprietates in auctoribus investigat iudicium, & quid imitandum, quid fugiendum sit, prudenter decernit.

§. VI. Elocutionis DIGNITAS dictione figurata, ut Rhetoribus placet, & sententiosa obtinetur.

§. VII. Sententia est dictum generale, quod verbis paucioribus gravem ac profundum continet sensum. Non autem sententiæ ex antiquis tantum auctoribus iudicii beneficio peti, sed per illud etiam de novo formari, possunt.

§. VIII. In dictione sententiosa notentur *res* & *verba*. *Rerum* campus fere infinitus est, & sententias admittit vel in nudis effatis, vel in eorum probationibus & amplificationibus: quippe quæ, concinne ac breviter conceptæ, sententiarum vim habent.

§. IX. Duo autem sententiarum fontes constitui possunt: *doctrina* & *experientia*. Illa docet, quid legitime fieri debeat; hæc, quo quid modo, fine & eventu, plerumque fieri soleat. Quo quid autem dicitur verius ac significantius, eo dignior est sententia.

§. X. Elocutio sententiarum alia *simplex* est, alia *venustior*. Simplex constat dictione simplici; non minus a verborum pondere ac sublimitate, quam a troporum luminibus aliena. v. g.

Parvum parva decent.
Deus nobis hæc otia fecit.
Trahit sua quemque voluptas.
Amor omnia vincit.
Non omnia possumus omnes. *Virg.*

Cum vero, teste Cicerone de Orat. *sententiose dicere sine verborum ordine & modo, sit infantiæ,*

tia, etiam simplex sententiosi sermonis elocutio ornatum suum reqvirit atque admittit, ut ex allatis exemplis videmus.

§. XI. *Venustior* sententiarum elocutio requirit vel verborum emphasin ac sublimitatem, de qua Cap. III. Membr. I. in stilo arguto; vel *locutiones allegoricas*, cum, quod de alia dicitur re, de alia intelligitur, v. g.

Sæpe tulit lassis succus amarus opem.
Calceatus inter spinas ambula.
Sus lota redit ad volutabrum cœni.
Canis timidus vehementius latrat, quam mordet.
Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescet. Hor.
Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba. Virg.

§. XII. Est autem *sententia* vel *distincta*, peculiarem faciens periodum; vel cum reliqua constructione *connexa*. Et utraque est vel *manifesta*, ut in *Seneca* potissimum; vel *occulta*, quæ per abstractionem, quam vocant, demum sententiæ formam induit; ut in auctoribus plurimis.

§. XIII. Sententiosum orationis genus præcipue ornat *brevitas*. Nullus autem alius artifex (teste Erasmo de Copia L. I. c. V.) melius ad brevitatem arctabit orationem, quam qui calleat eandem quam maxime varia supellectile locupletare. Nam quantum

ad verborum attinet brevitatem, quis constrictius dixerit, quam is, cui promtum est ex immenso verborum agmine, ex omni figurarum genere, statim deligere, quod sit ad brevitatem accommodatissimum? Rursus, quantum ad sententiæ brevitatem; cui magis in manu fuerit rem quam paucissimis expedire verbis, quam qui cognitum ac meditatum habeat, quæ sint in causa præcipua, quasique columnæ, quæ proxima, quæ locupletandi negotii gratia sint adsuta? Nemo certe citius certiusque videbit, quid citra incommodum possit omitti, quam is, qui, quid quibus modis addi possit, viderit.

§. XIV. CONNEXIO, præter distinctam rerum cognitionem, elegantem particularum usum requirit. Quo autem est magis nativa, eo est melior, magisque genuina.

§. XV. Quas virtutes enumeratas cum stilus a mentis iudicio arcessat, quæ ipsa mentis debeat esse ratio, facile potest colligi. Sapientiæ præceptis ac virtutis amore imbuendus est animus, rectèque componendus: sin minus, sermo, animi interpres, quid in eo lateat, cum dedecore recludit, h. e. tumorem, vanitatem, nugandique libidinem. Quæ stili vitia in multorum, qui hodie scribunt, libris deprehendas. Egregie ea detexit CL. VOCKERODT in dissertatione, *Latinitati restitutæ*

stitutæ GYNTHERI præfixa, lectu dignissima. Hæc hactenus de *iudicio mentis*.

§. XVI. AURIUM IUDICIUM, quod, teste Cicerone, delicatissimum est, a iudicio mentis dependet, nos instruens, ut, auribus per lectionem, probati auctoris numeris ac dictione imbutis, de verborum structura, ac totius sermonis euphonia & cacophonia, ita iudicemus, quemadmodum musicus de apto tonorum concentu ac vocum harmonia. Ne quam vero vocem inauditam damnet, aut absolvat, acer iste ac delicatus aurium iudex, vox clara in auctorum lectione, vel a nobis scriptorum recognitione, tironibus adhibenda est.

§. XVII. Quare iudicium, quod in auribus est, ac *sermonis numerum*, seu soni suavitatem ac convenientiam, dirigit, verborum juncturam ita ordinat, ut vitetur

[1] crebra vocalium, inprimis earundem, concursio, v. g.

Omnia ea vitia avaritia habet.

Illius initii seu principii iniquissimi.

[2] eiusdem litteræ, syllabæ ac soni ab initio, vel in fine, frequentatio, e. g.

Sed fuit in tenera tam dura superbia forma.

Virg.

Communem sortem & mortem omnium hominum.

[3] Plurium syllabarum, brevium vel longarum, continuatio, v. g.

Omnes nostros sensus conturbarunt.

Gallica legere didicit.

[4] Creber monosyllaborum, dactylorum, vel litterarum duriusculorum, concursus, v. g.

Quæ cum sic se habeant.

§. XVIII. Suavis autem soni diversitas, sive numerus vocum harmonicus, obtinetur

[1]. Varietate casuum, quæ vocalium, consonantium ac soni diversitatem, & cum diversitate suavitatem, parit, v. g.

Nimia est fragilitatis nostræ in rebus prosperis oblivio. Curt.

Inconsultæ liberalitatis impetus.

Casuum varietatem suppeditat periphrasis, aut adiectivi in substantivum mutatio, v. g.

Paupertatis onus: pro *paupertas.*

Veris amœnitas: vernantis cœli terræque facies: pro: *ver amœnum.*

Ruinarum subito lapsu procidentium pondera: pro: *ruinæ graves.*

[2] Vocabulis gratius sonantibus, quæ aut omnes, aut plerasque, vocales, inprimis a & o, reliquis suaviores, continent, v. g.

Amorem, superiora, compellatio, rotunditatem.

Invocatur, sapiendo, amavero.

[3] Vocabulis in fine periodorum, multo magis totius orationis, longioribus ac sonan-

sonantioribus, quæ voci, ante respirationem cadenti, quasi fulcrum aliquod supponant, eiusque descensum notabiliorem reddant; quemadmodum musici pleniori definunt fidium concentu.

[4] Divulsis commatibus in sermone, variis adiectionibus distincto, v. g.

Beneficiorum, quæ in me contuliſti, & quæ plurima sunt, non sum immemor.

Pro:

Multorum in me collatorum beneficiorum non sum immemor.

[5] Isocolia, quæ, quoad eius fieri potest, æqualem incisorum, membrorum ac periodorum, mensuram observat.

[6] Crebriori elegantium epithetorum usu, v. g. *Quid stultius, quam inutilem potentiam, inordinatas opes, cupiditatem dominandi præcipitem & lubricam anteferre veræ, gravi, solidæque gloriæ.* Cic.

Nota [1] In his omnibus longe abesse debet affectatio cum anxia cura. Et sicut ubique ab omni vanitate, sic hoc loco etiam ab epithetis mere poeticis, quæ a nominibus propriis derivantur, aut inflexione sunt audaciora, abstinendum est.

[2] Soni suavitas & convenientia non paucas Latinitatis elegantias, & elegantiarum regulas, suppeditavit; Sic v. g. Ad-

iectivum a Substantivo, una atque altera voce interiecta, ad evitandam monotoniam eleganter seiungimus; quippe quæ plerumque homœoteleuton constituere, seu simili sono desinere, solent. De his elegantiarum observationibus vide infra c. IV.

Membrum III.

De

IMITATIONE.

§. I.

Imitatio, lectionis filia, alia est *puerilis*, alia *masculа*: *Puerilis*, qua rudiores e Latinis auctoribus centones consuunt, vel in exprimendis illis nihil aliud, nisi nudas phrases, sectantur, magna ex parte supervacua est: *Solida* ac *masculа* præter locutionum floscu-los, verborumque structuram, stilum certi cuiusdam auctoris indoli ac characteri ita innutrit, ut eius etiam numeris aures imbuat.

§. II. *Imitationis masculæ* fundamentum est *lectio* auctoris *accurata*, eaque aliquoties iteranda. Hac enim, præter vocum phrasiumque proprietatem ac elegantiam, particularum quoque ornatum, totius sermonis compagem, connectendi rationem, ac singulorum pondera, accurate examinamus, immo

mo ipsam stili alicuius quasi animam & indolem induimus.

§. III. Is autem auctor e probatissimis est eligendus, atque imitandus, qui ingenio nostro præ ceteris convenit, & ad cuius similitudinem arcano quodam instinctu trahimur. Hic tamen ita ad imitationem proponendus est, ut, quod illi sive in phrasium copia, sive in certis stili virtutibus, deesse videtur, cum iudicio & libertate aliunde suppleatur. Hac ratione unum sic imitamur, ut simul exprimamus illud, quod apud alios videtur esse præstantissimum.

§. IV. Neque obstat, hoc pacto alicuius auctoris imaginem non perfecte & ad vivum expressum iri. Hoc enim quis ita assequetur, ut nihil discriminis remaneat? Immo fac, vel mille stili cultores non nisi unicum auctorem imitari; singuli tamen suos idiotismos servabunt, nec magis in sermonis charactere inter se convenient, quam faciei lineamentis diversi unius parentis filii. Certe, uti per quoddam naturæ miraculum innumeri sunt homines, quibus singulis ingenua quidem ac honesta, at dissimilis tamen, est facies; sic non minor, nec ea inelegans, datur stili diversitas.

§. V. Ea ergo demum vera est imitatio, qua genuinas Romani sermonis proprietates ac formulas, memoriæ ac iudicii beneficio

ita noſtras facimus, ut ipſam Latinæ linguæ indolem intime imbibamus, & ſecundum Latinitatis naturam atque analogiam libero fluenteque calamo, non modo Latina, ſed etiam Latine, ſcribere poſſimus. Hac ratione ſufficit, Latine ſeu incorrupte ſcripſiſſe; etſi per memoriam minus tenacem ſæpe non ſtatim conſtet, quo auctore ita ſcribatur. Hoc enim Latinæ linguæ tironum, illud virorum, eſt, quos abeſſe oportet ab anxia imitationis ſeruitute.

§. VI. Qui liberam hanc amant imitationem, data opera abſtinent ab iis, quæ in probatiſſimis etiam auctoribus inſolentia, rariora, & ipſis propria, deprehenduntur. Quilibet enim auctor in integro aliquo libro, non ſecus ac homo in ſano ac bene conſtituto corpore, ſuos habere ſolet nævos, in quibus a quolibet in ſcripto aliquo breviori temere multisque vicibus imitandus non eſt. Quod qui non obſervant, pro captatis ſtili in auctore aliquo virtutibus, ſæpe eiusdem maculas imitantur.

§. VII. Cavendum autem præterea eſt ſedulo, ne, quando ſcriptoris, a religionis Chriſtianæ principiis alieni, ſtilum in ſuccum quaſi & ſanguinem convertere ſtudemus, impurum ſimul paganismi ſpiritum imbibamus. Qui quantopere non iuventutem tantum ſcholaſticam, ſed univerſum fere eru-

eruditum orbem infecerit, infectumque ac inquinatum fascinaverit, multo, proh dolor! manifestius est, quam ut demonstratione egeat. *Sane multi, ubi Ciceroniani facti sunt, desierunt esse Christiani*, utpote Ciceronis potius, aliorumque profanorum auctorum, quam Christi, præceptis innutriti.

§. VIII. Denique duo potissimum in auctore aliquo sunt imitanda: *Puritas* ac *Elegantia*.

Puritas, seu *Latinitas*, significat Latini sermonis integritatem, habitumque nativum, purum ac emendatum, ab omni vitio remotum. Ergo puritatis studiosus fugiet

[1] Vocabula aut *semilatina*, aut prorsus *non latina*; quod sermonis vitium *Barbarismus* dicitur;

[2] Vocabula Latina quidem, sed *contra Latinæ linguæ indolem* ac phraseologiam *formata*; quod vitium *Solœcismus* dicitur. Aliud itaque est, *Latina*, aliud *Latine*, scribere:

[3] Vocabula, sive phrases, quæ ad aliarum linguarum proprietatem, seu *idiotismum*, formantur;

[4] Vocabula prorsus *antiquata*, aut temere *novata*:

[5] *Mere poetica*, ideoque solis poetis relinquenda.

§. IX. Ad *elegantiæ* imitationem infra peculia-

culiaria, in allatis observationibus de elegantiis, subsidia suppeditantur. Ad stili elegantiam pertinet *venustas*, quæ obtinetur

[1] Vocabulis lectissimis, phrasibusque venustioribus, apte & numerose collocatis; quæ collocatio æquabilem, suavem ac sonoram vocum iuncturam observat:

[2] Temperatis troporum ac schematum floridiorum luminibus:

[3] Versuum ἐμφατικῶν ἐρῶν, sententiarum, adagiorum, apophthegmatum, arguteque ac festive dictorum, condimentis; sed parce admodum, nec non tempestive ac citra ostentationem, adhibendis.

Membrum IV.

De

EXERCITATIONE.

§. I.

EXercitatio est vel *liberior*, vel *adstrictior*. Adstrictior circa nudam versatur versionem. *Versio* autem alia est e Germanico in Latinum, alia e Latino in Germanicum, tanquam e lingua minus nota in notiorem. Quæ posterior priori non levem ob causam præferenda est: inprimis si, quod translatum est Germani-

manice, remoto auctore Latino, ad eiusdem normam & censuram aliquoties Latine reddatur, donec cum eo aut plane, aut mediocriter, conveniat.

§. II. *Exercitatio liberior*, ut docendi gratia omnia ordine dicam, iterum est vel *incipientium*, vel *proficientium*. *Incipientibus* accommodata est *variatio* alicuius sententiæ per casus, numeros, personas, tempora, figuras rhetoricas, aliosque modos, de quibus præclare agit ERASMUS in libro de rerum ac verborum copia. Variationem, pro modo vitium, excipiat *carminis solutio*, illiusque mutatis verbis in soluta oratione interpretatio. Quo in studio etiam provectiores exerceri possunt. Egregio his exemplo præivit FRISCHLINUS, qui tersa & eleganti paraphrasi *Virgilii* Bucolica, Georgica, ac priores libros Æneidos, itemque nonnulla *Horatii* & *Persii*, interpretatus est.

§. III. *Exercitatio proficientium*, seu scriptio liberior, requirit animum, idonea rerum atque argumentorum cognitione instructum, & perficitur variis modis:

[1] frequenti *Latinæ linguæ usu in loquendo*, proficientibus præcipue commendando. Qui ubi, deficiente occasione, cessat, colloquiorum conscriptione aliqua ex parte non incommode pensatur. Potest vero etiam illud, quod sine personis

sonis fuit tractatum, personarum colloquiis illigari:

[2] sermonem latinum, sive noster ille sit, sive alienus, alia orationis veste induendo. Neque enim, teste Fabio, adeo ieiunam ac pauperem natura eloquentiam fecit, ut una de re bene dici, nisi semel, non possit. Præterea quod contractius alius auctor dixit, nos dilatare; quod effusius, substringere; quod simplicius, exornare possumus, perpetuo circa eosdem sensus certamine ac æmulatione; velut eadem cera aliæ atque aliæ formæ duci solent:

[3] extemporali eorum, quæ vidimus, vel audivimus, aut legimus, recensione ac descriptione:

[4] epistolarum, chriarum ac varii generis orationum & progymnasmatum, elaboratione. Progrediendum autem est hic a facilioribus ad difficiliora, & materiæ sunt eligendæ cum faciles, quibus animi ingeniique vires pares esse scimus, secundum illud Horatii:

Sumite materiam, vestris, qui scribitis, æquam viribus &c. tum fertiles, quæ scribendi copia ingenium rapiant & excitent, anxio meditandi tædio seiuncto.

§. V. Epistolarum scriptio præ exercitiis ceteris quam maxime solet stilum polire ac perfi-

perficere. Quare ea ut promta fiat atque elegans, non tam diu differenda est, dum illam doctorum virorum usus exigat; sed iam tum ætate scholastica commode instituitur, eaque vel *solitaria*, in argumentis sive veris, sive fictis; vel *socia*, cum uno alterove commilitone; & hoc quidem pacto, ut litteræ singulis diebus, aut ad minimum singulis hebdomadibus, bis vel ter ultro citroque scribantur, scriptæ vero utrinque emendentur, ac emendatæ cum novis remittantur. Quæ res non tantum diligentiam mirum in modum acuit, sed etiam subinde novam scribendi materiam suppeditat. Et hæc deesse non potest, si per effictionem quandam de rebus variis ad varias personas scribatur.

§. V. Scribendi argumentum quo minus desit, ipse sacer codex in subsidium vocetur. Super cuius dictis & factis quicquid observatu dignum legimus, audivimus, aut meditati sumus, cum altero per modum epistolæ possumus communicare; qui inde non potest non novam scribendi aut respondendi occasionem arripere. Quod exercitium, si moderante præceptore, aut viro aliquo docto, quem in rebus dubiis consulere liceat, continuetur, sua se utilitate eo luculentius commendabit.

§. VI. Ceterum ut in iuventute, pro sanguinis calorisque abundantia, omnia florent atque

atque vigent ; sic stilus quoque iuvenibus convenit uberior ac floridior. Maturior enim ætas luxuriem, sive superflua ac paulo uberiora, iudicii falce facile depascit; & ipsa senectus, ut natura frigidior est, ita stilum amat pressum ac limatum, adeo ut ipsa etiam oratio videri possit canescere ac sapere. Qui autem aridæ ac famelicæ dictioni in iuventute assuefiunt, eorum stilum fœda tandem macies deformabit, exhausto omni succo & sanguine.

§. VII. Denique diligens eorum, quæ scripsimus, recognitio ac emendatio non negligenda est, ut tumentia premantur, humilia extollantur, luxuriantia recidantur, & observentur omnia, quæ mentis ac aurium iudicium præscribit. Qua recognitione recalescendum est ex integro, fractusque, ut Plinius ait L. VII. ep. 9. & omissus impetus resumendus. In omni vero stili exercitatione studendum est, ut quam purissime & elegantissime scribamus. Celeritatem dabit usus.

CAP. II.
De
STILI DIVERSITATE.

§. I.

Stili forma, sive orationis character, pro diver-

diversitate materiæ, varioque animi motu, triplex est:

1. *Grandis*, sive magnificus, sublimis, copiosus.
2. *Humilis*, sive tenuis, simplex, familiaris.
3. *Mediocris*, sive floridus ac temperatus.

§. II. *Character grandis*, affectibus movendis idoneus, in rebus maioris momenti adhibetur; ideoque gravium ac sublimium verborum ornata, ampla, non raro etiam adducta, constat structura; metaphoras petens a rebus sublimioribus, & schemata usurpans vehementiora, ut sunt: *Interrogatio*, *Exclamatio*, *Prosopopoeia*, *Apostrophe Epizeuxis*. Dicitur etiam *Oratorius*, quia in gravioris argumenti orationibus præcipue locum habet. Ad hoc dicendi genus pertinent: *Cicero* in plerisque orationibus, ac in libro de Senectute, *Curtius*, *Seneca*, *Velleius*, *Livius*, *Tacitus*, *Florus*, *Plinius Senior*, & *Iunior* in Panegyrico Traiani.

§. III. Characteri grandi opponitur *flatus turgidus*, sive inflatus ac Asiaticus, illis inprimis, qui Curtianam dictionem sine iudicio affectant, admodum familiaris. Quæ sublimitatis κακοζηλία corpus abdomine tardum, nimiisque ac noxiis humoribus refertum, repræsentat. Committitur autem

[1] verbis peregrinis, vel antiquatis:
[2] epithetis intempestivis, ineptis & iusto crebrioribus:

[3] Metaphoris nimis grandibus ac audacibus, nec non immoderato vehementiorum schematum usu:

[4] Nimia phrasium farragine, & otiosis expolitionibus; adeoque inani ac citra delectum congesta vocum & sententiarum turba, & rem obscurante, & auditorum aures onerante:

[5] Locutionibus, descriptionibus, atque amplificationibus, mere poeticis, saltem maioribus ac copiosioribus, quam pro dignitate materiæ; nec non

[6] ratione numeri, si oratio eo vel destituatur, vel nimis sit numerosa, continuos manifestosque versus usurpans.

§. IV. *Character humilis* rebus convenit tenuibus, verbisque utitur puris, propriis ac quotidianis; in compositione respuit verborum ambitum, nec non periodos ac numeros accuratiores; acumine vero & lepore non caret. Talis observatur inprimis in *Plauto*, *Terentio*, *Iulio Cæsare* & aliquot *Ciceronis epistolis* ad familiares. Dicitur etiam *Dialogicus*, quando mutuis inservit colloquiis; vel *Epistolicus*, *Didacticus*, & *Philosophicus*, quia in epistolis ad familiares, nec non in docendo, ore vel calamo, locum habet.

§. V. Huic dictioni opponitur character nimio neglectu *ieiunus* & *exsanguis* (aridus, sive siccus, qui dicentis mentem non satis expri-

exprimit, macilento corpusculo, quod vix ossibus hæret, simillimus.

§. VI. Utriusque generis temperamentum servat *character mediocris*, quo in plerisque *Cicero* & auctores plurimi usi sunt. Dicitur etiam *Criticus*, quia in Philologicis, aliisque doctis dissertationibus, adhibetur. Vitium ei oppositum est *genus* dicendi *incertum* ac *dissolutum*, quod dum præter causam, modo tenuitatem, modo sublimitatem, affectat, sine nervis & articulis huc & illuc fluctuat, & non raro in dictionem histrionicam, viro gravi indignam, degenerat; qualis est in *Crucii* Epistolis.

§. VII. Non autem necesse est, orationem aliquam ubique unius tantum esse generis. Forma enim in dicendo interdum cum iudicio immutanda est, ac pro affectuum, personarum ac materiæ, ratione apte varianda, ita tamen, ut unum genus præ ceteris sit conspicuum.

§. IIX. Et cum in exprimendis & proponendis rebus sermo sit, quod in corpore est vestis, id sermonis genus est optimum, quod repræsentat corporis habitum, nec sordidum lacerumque, seu nimis neglectum, nec nimis curatum, inepteque affectatum, sed bene compositum, corpori aptum, mundum atque decorum. Omne fere punctum feret mediocritas, a vitiis utrinque remota.

§. IX. De sermone in genere observetur, illum esse vel *recitationis*, cum scriptor suis aliquid verbis profert; vel *relationis*, cum aliorum verba per constructionem obliquam, & distinctiones minores, quam in recitatione erant, referuntur.

CAP. III.
De
PRAECIPVIS STILI GENERIBVS.

Membrum I.
De
STILO DIALOGICO.

§. I.

UT stilus affectatus omnis ingratus est; sic inprimis dialogicus, quem præter periodorum brevitatem, nativa elegantia, anxioris curæ nescia, præcipue commendat.

§. II. Dialogorum initia non sine gratia & lepore e ficta aliqua occasione capiuntur. Quæ quo faciliorem præbet aditum ad propositam rem, eo est concinnior.

§. III. Colloquentium sermo diutius protractus nauseam parit; sed sæpe per vi-

ces

ces ordinatus gratiam affert. Incidendus itaque crebro est, atque redeundum sæpe ad propositum.

§. IV. Non raro aptam continuando colloquio occasionem præbet dubitatio, aut interrogatio; quemadmodum utrique inservit scita interrogatio.

§. V. Connexio ea est optima, quæ res ita inter se coniungit, uti id suppeditaverit occasio, ex ultimis colloquentis verbis captata.

§. VI. Ingeniose & acute dicta, adagia & hemistichia; item allegoriæ minus anxie quæsitæ, una cum epiphonematis ac consectariis sententiosis, hoc stili genus mirum in modum condiunt & exornant. Præter *Plautum*, *Terentius* uterque, Paganus & Christianus, omne hic ferunt punctum. Quam salutariter autem Latinæ comicorum paganorum nugæ iuventuti prælegantur, alii viderint. His inter alios iungatur *Erasmus* ac *Frischlinus*, nec non *Ioh. Val. Andreæ in Menippo*.

Membrum II.

De

STILO EPISTOLICO.

§. I.

FOrma sermonis epistolica venustior quidem esse debet colloquio familiari; ab

omni tamen verborum, schematum, amplificationum & exaggerationum pompa, ac periodorum ambitu, sit aliena.

§. II. Variam stili in epistolis differentiam parit diversitas personæ, litteras aut scribentis, aut accipientis. Ad *superiores* enim, inprimis ad optimates, scribimus modeste ac demisse; ad *inferiores* graviter & concise; ad æquales ac *familiares* familiariter ac festive; ad *ignotos* circumspecte; ad *occupatos* breviter; ad *doctos* docte; ad *senes* graviter ac verecunde; ad *iuvenes* iucunde ac floride; ad *omnes* venuste, luculenter ac perspicue.

§. III. Epistola candorem amat, qui mentis imaginem ita scriptioni imprimit, ut eadem alteri quasi ad vivum repræsentetur. Ut enim oculus est animi; sic epistola sit ingenii index.

§. IV. Præter *perspicuitatem*, nativamque *facilitatem* ac *simplicitatem*, epistolam præcipue ornat *brevitas*. *Breviter* autem scribere, est non tam pauca scribere, quam paucis multa significantissime complecti, ita ut nihil desit, nihil redundet, id quod Laconum, unde Laconismus, erat proprium.

§. V. Speciatim exordium esse debet quam brevissimum, inprimis ubi ad occupatos & superiores scribimus. Non raro commode a re ipsa statim capimus initium, præcipue ad familiares.

§. VI.

§. VI. Connexio, epistolæ anima, non tam formulis ac particulis, quam materiarum, seu diversorum in una materia momentorum, vicinitate obtinetur.

§. VII. Non negligenda sunt ea, quæ ad epistolæ decorum pertinent, inscriptio, complicatio, obsignatio, & reliqua epistolographiæ momenta. Præcipue cavendum a luxurie & barbarismis titulorum ac compellationum.

§. VIII. Cetera inter alios dabit Cl. Sam. Schmidius in *Hodego Epistolico*. E veteribus in stilo epistolico præcipue imitandi sunt *Cicero*, *Seneca*, *Plinius*; e recentioribus *Muretus*, &, qui; ad dictionem Ciceronis proxime accedit, *Manutius*.

Membrum III.

De

STILO HISTORICO.

§. I.

Historia eum amat stili nitorem, eamque venustatem ac sublimitatem, quæ ab omni pompa, elegantiæ ac sublimitatis affectatione, quam longissime abest.

§. II. Antitheta, sententiæ ac epiphonemata, pro re nata modice, apte & significanter inspersa, multum hic gratiæ habent. Sen-

tentiosus autem stilus etiam is est, qui sensus habet graves ac profundos, facile in sententiam cogendos.

§. III. Ut in historia nihil est concinna brevitate suavius; sic ea accuratas locorum ac circumstantiarum descriptiones, quæ oculis quasi ea contemplanda subiiciant, plane suas facit.

§. IV. Non prætermittendus est affectus eorum, de quibus singularia referimus: qui sapienter expressus non exiguam sermoni dignitatem conciliabit. Hac ratione ut dicta & facta aliquanto certius, sic cogitata probabiliter, consideramus, ideo, quoad eius fieri potest, verisimiliter proferenda.

§. V. Quod si epicrisis nostra alicubi locum habere, immo requiri, videtur, ea sæpe una atque altera voce haud obscure potest indicari, aut scita interseri sententia. Præcipuam vero gratiam hic habebunt venusta epiphonemata. Ceterum conferatur *Scioppius* de stilo historico. *Curtius* vero una cum *Cornelio Nepote* ac *Iulio Cæsare* hic præcipuam imitationem meretur. Quia vero Curtianæ dictionis sublimitatem nemo sine tumoris vitio assequitur, nisi qui iudicio acriori pollet, tutior erit Nepotis ac Cæsaris imitatio.

Mem-

Membrum IV.

De STILO ORATORIO.

§. I.

HOc genus ut magnificentiam, gravitatem, & quandam quasi maiestatem præ se ferre debet, inprimis in rebus gravioris momenti occupatum; sic in genere sensus requirit graves, numerum liberiorem, amplioremque periodorum ambitum; nec non dictionem lectissimam, temperato troporum ac schematum lumine distinctam.

§. II. Speciatim oratoris est, *distincte*, *cohærenter*, *copiose*, *illuminate* ac *potenter* dicere ac scribere. Vide Cic. de Oratore L. III. c. 14.

§. III. *Distincte* dicit, qui distincte cogitata, seu in mente bene digesta, suo quæque ordine ac loco tractat, etsi sine expressa membrorum aut argumentorum mentione. Huc refer illa Ciceronis de Orat. L. II. c. 41. *Puncta argumentorum plerumque occulas, ne quis ea numerare possit, ut re distinguantur, verbis autem confusa esse videantur.*

§. IV. *Cohærenter* dicturus connectendi artificium, seu naturalem potius modum, in singulis observat periodis; quæ res præter iudicii aciem, in quovis bono orationis ge-

nere necessariam, sufficientem particularum Latinarum notitiam atque usum requirit.

§. V. *Copiose* dicit, quicunque pro ratione affectus ac materiæ tractandæ selecta adhibet epitheta, aptasque synonymias seu expolitiones; item descriptiones, hypotyposes, ac distributiones; nec non exempla, testimonia, comparationes, aliosque amplificandi modos. Ne vero copiæ studium in tumorem, seu luxuriem, abeat, probe cavendum est.

§. VI. *Illuminate* dicere, est modicis troporum ac schematum ornamentis orationis dignitatem ac gratiam augere, seu decentem ei lucem adferre.

§. VII. Tandem *potenter* ac *graviter* dicimus, scribimusque, si animo dicimus aut scribimus excitato, voceque ac dictione rebus bene accomodata; nec non, quando ipsi, emendatis induti affectibus, qui non possunt non figurata locutione sponte sua se prodere, argumentis patheticis, quoties opus est, aliorum affectus efficaciter movemus. Affectuum vero saniorum vis ubi abest, vanus est affectuum in aliis movendorum conatus.

§. VIII. Ipse autem *stilus oratorius* duplex apparet, vel *Ciceronianus*, sive, qui hunc sequitur, *Muretianus*; vel *Curtianus*: Ille copia & ambitu; hic, qui in orationibus Curtii obvius

vius est, concinna venustaque brevitate amabilis est: Ille iuvenilem; hic maturiorem decet magis ætatem.

Membrum V.
De
STILO ARGVTO sive INSCRIPTIONIBVS.

§. I.

QUemadmodum *argutari* veteribus Romanis idem erat ac *nugari*; sic, qui *argutantur* hodie, priscam huius vocabuli significationem secuti, plerumque *nugantur*: aut, si a nugis absunt, vanitate tamen non carent. Eam enim dicendi rationem affectant, quæ, quia nativa non est ac genuina, veteribus fuit ignota.

§. II. Exstant quidem in veterum monumentis quædam argutiarum atque inscriptionum vestigia, sed ea, quæ Latinitatem ubique servant puram ac integram, & quæ plus gravitatis habent, quam tumoris ac locutionis ænigmaticæ. Nostri autem argutuli, quos Iesuitarum scholæ potissimum formarunt, inflate ac inquinate dicere malunt, quam minus acute; & tunc demum sibi videntur ingeniosi, si ad intelligendos ipsos opus sit ingenio. Hinc novum fere videas linguæ Latinæ habitum, qui quo magis est

ad

ad pompam compositus, eo minus est Latinus, purus, planus, emendatus, sed totus fere fucatus, ac meretricius, pro naturali pulchritudine cultuque virili, lenocinia ac calamistros usurpans.

§. III. Ne vero, quod multis praestantissimum videtur stili genus, hic desideretur, nec ipse, cum argutae dictionis abusu, legitimum quoque, si quis est, eiusdem usum reiicere videar; quae argutarum sit inscriptionum ratio, presse dicam.

§. IV. Hoc scribendi genus requirit insignem Latinae linguae facultatem, & praeter verborum ac phrasium copiam, sufficientem quoque rerum apparatum. Delectu enim hic opus est, qui, nisi in copia, locum non habet.

§. V. Inventio quo sit facilior, personae vel facti notabiliores circumstantiae & proprietates in chartam sunt coniiciendae. Fieri enim non potest, ut inter tot momenta nulla detur acuminum materia.

§. VI. Hoc modo collecta in convenientem rei ordinem redigenda sunt, ordinata stili acumen subeant, addita singulis punctis una atque altera ingeniosa ratione. Ea vero, quae scopo non inserviunt, expungantur.

§. VII. Elegantia autem alia est in verbis potissimum, alia in rebus. *Verborum elegantia*,

gantia, quæ non raro acuminis defectum ſupplet, præter ſyntaxin ornatam, partim *figuris dictionis*, partim *locutionibus emphaticis* ac ſublimioribus obtinetur.

§. VIII. *Figuræ dictionis* Rhetoricæ vocibus luſoriis, apte & iucunde inter ſe reſonantibus, hunc ſtilum exornant. Quem verborum luſum qui exuta gravitate affectant, ut vanæ mentis ſunt; ſic in puerilem deflectunt loquacitatem, nec recuſant eſſe inepti, modo acutuli ſint, & polite ineptiant.

§. IX. *Locutiones emphaticæ* (quibus, præter poetas, *Tacitus*, *Seneca* &c. abundant) ſunt, quæ gravitate ſenſus aut ſententiam continent, aut ſublimitatem aliquam præ ſe ferunt. Quales non niſi a ſubacto iudicio, variaque ac ſolida doctrina, exſpectes. Falluntur enim, qui argutum ſcribendi genus ab ingenii acumine, quam a ſubacti iudicii robore, arceſſere malunt.

§ X. Locutionis δείνωσιν, ſeu vim ac gravitatem, pariunt aut augent

(1) Termini, quos philoſophi vocant, abſtracti pro concretis poſiti, inprimis ſi per proſopopœiam iis perſonæ attributa tribuantur, e. g.

Senectus ipſa morbus eſt, pro: Senes ægrotant.
Virtuti nihil invium. Finis coronat. Peccata provocant vindictam.

Nota

Nota (1) Singularem hic gratiam parit *Ellipsis*, v. g.

Summum ius, summa iniuria.
Sera in fundo parsimonia.

(2) Nomina, verbaque ac epitheta, significantiora, v. g.

Sollicitudines mordaces.
Tempus edax rerum.
Mare naufragum.
Cupiditas effrenata.
Amicus molestè sedulus.
Forma pudorem prostravit.

(3) Sublimiores metaphoræ, aliorumque troporum selectiora condimenta, v. g.

Spirare minas, pro minari.
Athanasius hæreticorum malleus.
Marcet sine adversario virtus.
Vixit, pro, mortuus est.

(4) Emphatica periphrasis, v. g.

Veritatis agnitio secundum pietatis indolem i. e. Theologia, ex Tit. I, 1.

§. XI. *Elegantia rerum* duos potissimum fontes habere videtur, fontem repugnantium, ac comparatorum.

§. XII. *Repugnantia* atque alienata vocamus, quæ cum oppositione apparente coniunguntur, v. g.

Vidua, voluptatibus dedita, vivens mortua est.
Qui moritur, vivere incipit.
Nihil habenti nihil deest.

Bri-

Britanniæ Rex Iacobus sine regno.
Christiano est in vilitate pretium, & honor in contemtu.

§. XIII. *Comparata* e coniunctione similium & dissimilium existunt. Sic verbi ministrum bonum cum pastore bono, secundum convenientiam, malum, secundum discrepantiam; iuvenem cum flore; Christianum cum viatore; Lutherum cum Elia, quatenus convenit, Papam cum Petro Apostolo, quatenus ab eo discrepat, conferre possumus.

§. XIV. His fontibus addi potest tertius, *modus alludendi* ad historiam, sententiam, aut adagium aliquod; quem in sacris peculiariter aperit sacer codex.

§. XV. *Dictio* ubique sit concisa; sed perspicua tamen. Ineptiunt enim, qui malunt scribere, quæ mirentur homines magis, quam intelligant. *Connexio* autem occulto se ac naturali vinculo habeat.

§. XVI. *Forma* Inscriptionum externa, secundum linearum ductus, litterarum characteres, ac interpungendi modum, libera est atque varia, pro diverso scribentium ingenio, & antiquitatis imitatione.

§. XVII. *Dispositio* non tam regulis, quam iudicio dirigitur. Ordo enim, qui animi impetum reique naturam sequitur, ut naturalis, ita quoque gratissimus est.

CAP.

CAP. IV.
De
LATINI SERMONIS ELEGANTIIS.
Membrum I.
De
NOMINIBVS.

§. I.

OBliqui casus ; nec non participia passiva in *dus*, orationem eleganter inchoant, ut :

+ *Famæ ac fidei damna maiora sunt, quam quæ æstimari possunt.*

Carendum non solum est crimine turpitudinis, sed & suspicione.

§. II. Elegans est oratio, quæ a posterioribus initium sumit, ut :

Eunti mihi domum obviam venit pater tuus.

Quod habui summum pretium, persolvi tibi.

§. III. Nomini proprio cum venustate præponitur nomen dignitatis, aut officii, aut quicquid ad laudem, vel ad vituperationem, vel ad declarationem, pertinet, ut :

Borussiæ Rex, Fridericus.

Vir magnus ingenio summaque prudentia, M. T. Cicero.

Not.

Not. Sic & persona agens patienti proxime præponitur, ut:

Magnam Cæsar Pompeio iniuriam fecit.

4. Substantiva monosyllaba polysyllabis, inprimis comparativis & superlativis, scite præmittuntur, ut:

Res præclarissimas. Vir præstantissimus.
Ut quisque est vir optimus, ita difficillime, alios esse improbos, suspicatur.

5. Genitivus a voce regente ornate separatur, eidemque præponitur, ut:

Multorum in nos perfidiam notabis.
Litterarum tuarum profecto admiratus sum elegantiam.

6. Inter substantivum & adiectivum eleganter interponitur præpositio cum casu suo, aut aliud quid, v g.

Pro meo in te amore. Tua in me benevolentia.
Studio in te meo & amori obsequor.
Labore mihi tuo quies parta est.
Desine bonos petulantissima insectari lingua.

Not. (a) Pari elegantia inter duo adiect. nominalia ponitur pronominale, v. g.

Libero tuo & admirabili ingenio delector.
In quo egregia quædam ac præclara inest indoles.

(b) Duo substantiva cum adiectivis suis venustius semel tantum disiunguntur, v. g.

Iniquissima est magnorum meritorum conditio,

ditio, pro: Iniquisſima eſt magnorum conditio meritorum.

(c) Genitivi, *mei*, *tui*, ſubſtantivum ſuum ſequuntur ſine medio, v. g.

Ingenii tui acies, pro: Ingenii acies tui.

7. Nomen appellativum venuſte ac graviter mutatur in proprium, & vice verſa, ut:

Alter Cræſus: *Alter Paulus*:

Poeta pro Virgilio: *Apoſtolus pro Paulo*:

Omne tempus fert Clodios [peſſimos]

Catones autem [optimos] *non item*:

Arte Plato, vita Cato, Tullius ore.

8. Vocativus poſt unam alteramve vocem, duobus incluſus commatibus, ſcite ponitur, ut:

Litteras tuas, frater optime, accepi.

Magnum omnino opus, Brute, molimur.

9. Adiectiva ſubſtantivis eleganter præponuntur: At comparativi & ſuperlativi, pronomina & numeralia, nec non voces *omnis, nemo, nullus, alius, alter, ſolus, quivis &c.* ſuavius poſtponuntur, ut:

Divinum ingenium: *Viri decem*:

Maius mihi dare beneficium nullum potes.

Qui te plus, quam ego, diligat, habes certe neminem.

10. Pro *tempus* ſæpe venuſte ponitur, *memoria, ætas*, ut:

Fuere patrum noſtrorum memoria, (ætate) *qui dicerent &c.*

Not.

Not. Post hominum memoriam significat bey Menschen Dencken / ut:

Unus Aristides post hominum memoriam iustus appellatus est. Ubi observa, vocem *unus* eleganter poni pro *solus*.

11 Venuste adiectivum effertur per substantivum, substantivo in genitivum mutato, ut:

Ingenii acies, pro ingenium acutum.

Occupationum multitudo. Animi pietas.

Not. (a) Ponitur etiam alias scite abstractum, quod vocant, pro concreto, ut:

Tarditati meæ ignoscas. Quanto studio dignitatem tuam defenderim &c.

(b) Elegans est unius substantivi per duo periphrasis, v. g. *Virtutis præstantia, veris amœnitas, paupertatis onus.*

(c) Duæ autem rectiones, nisi posterior genitivus sit nomen proprium regionis aut urbis, ingratæ sunt, v. g.

Perversitas animi fratris tui, pro, in fratre tuo, seu, qua frater tuus laborat.

Fusus est exercitus Regis Galliæ.

12. Adiectiva copiæ aut multitudinis per nomina *vis*, *copia*, *turba* &c. cum genitivo rei multæ eleganter exprimuntur, ut:

Vis aquarum & pecuniæ.

Negotiorum turba. Lactis copia.

13. Una vocula, bis ponenda, concinne sine medio ponitur, ut:

Amore amor, ut clavus clavo, truditur.

Par pari refero.
Cuneus cuneum trudit.
Mulier mulieri magis congruit.

14. Vocabula cognata, a se invicem derivata, aut sono consona, bene sibi quam proxime subiunguntur, ut:

Facile fuit iustitiam iustissimo viro defendere.
Metuo lenonem, ne quid suo suat capiti.

15. Venusta quoque est coniunctio vocularum, contrarium pene significantium, inprimis si vox, quæ præpositionem habet, præmittatur, ut:

Æqua laus est a laudatis laudari, & ab improbis improbari.
A severitate comitas distat.
Sunt facta verbis difficiliora.

16. Signo universali *omnis*, omnem exceptionem remoturi, perquam venuste addimus *ad unum*, ut:

Peccarunt ad unum omnes, keinen einzigen ausgenommen.

17. Adiectivum *omnis* amplificationis gratia eleganter iteratur, ut:

Ex omnibus omnium flagitiis nullum vidi turpius.
Omnes omnium ordinum homines.

18. *Quantus quantus* significantius ponitur pro *totus*, ut: *gaudio tua me scripta, quantus eram, profudere.*
Vir hic, quantus quantus est, improbus est.

19. Interdum non illepide idem adiectivum per tres comparationis gradus repetitur, ut:

Miser

Miser est, qui inimicos cepit alios; miserior, qui sibi ipsi, miserrimus, cui Deus est inimicus.

20. Adiectiva *multus, plurimus, modicus, minor, tantus, quantus, aliquis, quis, is, hic, ille, iste*, neutro genere venuste efferuntur, substantivis in genitivum mutatis, ut: *Multum laudis. Nihil periculi* &c.

21. *Superior* pro præcedens seu ultimus, *proximus* pro futurus vel crastinus, convenienter dicitur, ut:

Quod tibi superioribus diebus misi, proxima luce remittas.

22. Deminutivum venuste ponitur pro primitivo, vel festivitatis, vel modestiæ, vel amoris, vel contemtus ergo, ut:

Meum corculum: Homuncio: Fraterculus gigantum: Meum ingeniolum & mea officiola.

Membrum II.

De COMPARATIVIS ET SVPERLATIVIS.

I.

COmparativi eleganter recipiunt hos ablativos: solito, iusto, æquo, dicto, spe, opinione, exspectatione, ut:

Tardior solito orta est dies.

Longior æquo, vel iusto.

Spe ac dicto citius: Opinione melior.

2. Comparativo venuste subiungitur *quam pro*, ut:

Minor cædes, quam pro tanta victoria, fuit.
Castra metatus est latius, quam pro copiis.
Maior Romanis, quam pro numero, iactura fuit.

3. Locutio comparativa varie, nec sine elegantia, redditur, ut:

Voluptatum avidus est magis, quam Dei.
Non tam cupidus est vindictæ, quam bonæ famæ.
Prudentia superior, aut inferior. Virtus pecuniæ præstat. Hic cedit illi probitate. Vincere, superare, antecellere aliquem eruditione.
Hic præripit illi laudem eloquentiæ.

4. Post comparativum eleganter ponitur *quam ut*, v. g.

Id frequentius est, quam ut exemplo confirmandum sit.

5. Duo positivi, cum particula *quam*, suo comparativo venuste præponuntur, ut:

Tyrannis boni, quam mali, sunt suspectiores.
Ceteros beneficio, quam metu, retinere maluit.

6. Superlativo eleganter per pleonasmum additur *quam*, *perquam*, *maxime*, *longe*, *multo*, ut:

Mihi conspectus vester multo iucundissimus fuit.

7. Superlativus eleganter postponitur positivo, cum particulis *tam*, *quam qui*, ut:

Tam sum amicus reip. quam qui maxime.
Tam gratum, quam quod gratissimum.

8. Su-

8. Superlativi oratio varie quoque efferri solet, ut:

Si quisquam unquam studii litterarum fuit amans, is profecto est frater tuus.

Uni illi Dei beneficio, quod mentis est tranquillitas, par nunquam alterum reperitur.

Tanta contentione decertavi, quanta nunquam antea.

Non potuerunt elegantiores litteræ scribi.

Nihil mihi gratius acceptiusque contingere potuit. +

Nihil est hoc homine doctius, nihil sapientius.

Vir insigniter, egregie doctus. Homo pergratus.

Flos vini, flos ætatis.

Divinum opus: immortalis gloria.

Sic te rogo, ut qui maxime & summa contentione solent.

Cum illo tanta mihi semper familiaritas fuit atque consuetudo, ut nulla maior esse possit.

Fæx hominum, vulgus eruditorum, monstrum hominis.

Vir, quo non alius humanior, quo non doctior alter.

Quis hoc viro humanior? Quid hoc viro humanius?

Qui vincit humanitate omnes alios.

Nemo perinde humanus est, atque frater tuus.

Qui haud facile a quopiam superatur sapientia.

O singularem huius viri sapientiam!

Physicæ studium tam est utile, quam quod utilissimum.

Haud est quisquam æque eruditus atque Iohannes.

Iuvenis adeo formosus, ut nihil supra.

Litteræ adeo elegantes, ut nullæ cum iis sint conferendæ.
Sic, ut nulla fieri possit accessio, nihil addi possit.
Melle dulcior, oculis carior.
Nerone crudelior, æquitate æquius.

Huc refer illas locutiones: *maiorem in modum, mirum in modum* &c.

Membrum III.
De
PRONOMINIBVS.

I.

DUo plurave pronomina sine medio sibi ornate subiunguntur, ut:

Familiaritas mihi tua iucunda est.
Rogo, meam tibi salutem commendatam habeas.

2. Pronomini *quis, quæ, quid*, syllaba *ec* cum venustate præfigitur:

Ecquis est, qui me vult conventum?
Ecquid tandem aliquando fiet?

3. Pronomini possessivo genitivus *solius, ipsius, duorum, omnium, paucorum* &c. non ineleganter additur, ut:

Tuum solius hoc peccatum est.
Mea unius opera hoc effectum est.
Qui vestris paucorum respondeat laudibus, nemo est.
Noster duorum eventus ostendet, utra gens bello sit melior.

Eos

Eos suæ ipsorum fiduciæ permittam.
Tuum patris studium vidi.

4. *Alius alius* eleganter pro *unus & alter* ponitur, ut:

Fallacia alia aliam trudit.
Aliud ex alio me quotidie impedit.

5. *Alius* venuste assumit *ac, atque, nisi, præter*, ut:

Non alius essem, atque nunc sum.
Quæ est alia pœna, præter mortem.

6. *Is* elegantia sua non caret in sequentibus:

(a) *is qui*, pro *talis, qualis*, ut: *Sumus ii, qui haberi velimus.*

(b) *Is qui, is ut*, pro *talis*, ut: *Is sum, cui tuto possis fidem habere.*
Nec tamen is sum, ut mea me maxime delectent.+

(c) *is* post & vel *nec* in expositione præcedentis collocatur, ut:
His paucis superbit, nec iis suis.
Amicus meus, isque integerrimus, diem obiit.
Not. pro *isque* in eiusmodi locutionibus, dicitur etiam *idemque.*

7. *Id* etiam suam habet elegantiam, ut:

[a] *Id ætatis, temporis, diei* &c. pro *ea ætate* &c.

[b] *id quod* [vel quæ res] pro *quod*, si ad totam orationem referatur, v. g.
Patriam defendi decet: Id quod facilu haud difficile erit.

[c] *id vero* in antithes. præcedente infinitivo, ut: *Fatemur quidem fidem iustos reddere, sed servandis in salutis ordine non esse necessariam mentis renovationem, id vero pernegamus.*

8. Observanda est & hæc constructio non inelegans: *mihi ipse*, [pro ipsi] *me ipse, secum ipse* &c. ut: *Lædit scipse* [non alius.]

9. Nomini obscuro, vel ignotæ personæ proprio, eleganter additur quidam, ut: *Cornelius quidam.*

10. Relativum *qui, quæ, quod* venuste ponitur

(a) cum substantivo antecedenti in eodem casu, ita ut sequentibus non semper respondeat, v. g.

Quas ad me dedisti litteras, mihi gratæ fuerunt.

Quam mecum colis amicitiam, multi laudant.

(b) Pro *secundum* vel *pro*, ut:

Tu, quod commodo tuo fiat, ad me venias.

Vivimus adhuc, quæ Dei est gratia.

Sed, quæ tua est facilitas, hoc magis dabis veniam.

(c) pro *Ut* v. g. *Nec sum tam insolens, qui &c.*

Malum hoc est maius, quam quod verbis explicari possit.

11. Syllaba *ali ex aliquis, aliquando, alicubi,* pro-

proxime præcedente *si, nisi, ne, cum, quo, quando*, concinne abiicitur, ut:

Ut ne qua scintilla belli relinquatur.
Epistolas concerpito, ne quando quid emanet.
Quanto quis doctior, tanto maiori humanitate est & modestia.
Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.
Ita sunt nostri divites, si quid bene facias, levior pluma est gratia:
Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.
Plaut.
Ne quid nimis. Si quando venero.

12. *Quisque* eleganter construitur
[a] cum superlativo in sensu plurali, ut
Optimus quisque æquissimo animo moritur.
[b] cum numeralibus ordinalibus, ut:
Primo quoque die: Decimus quisque dies.
Primo quoque anno:
Quotus enim quisque Philosophorum hoc fecisset?
[c] cum Pronominibus *sui, suus*, ut:
Pro se quisque: Suo quisque tempore ac loco.

12. *Quid? quod* inservit connexioni, sequente re maioris ponderis. Germanice: Ja was noch mehr ist: Was wollen wir dazu sagen? daß ꝛc.

13. *Quod genus, hoc genus, id genus* non sine elegantia ponuntur pro nudo pronomine, ut:
Est genus hominum. Huius generis homines.
Quo ex hominum genere. Nullum hominum genus.

14. *Quis,*

14. *Quis, quæ, quid* vel *quod*, & casus inde deducti, non sine venustate cum verbo *nescio* pro *aliquis* collocantur, ut:

Sententiam, nescio cuius, adducis.

Serpit, nescio quo modo, per omnem vitam amicitia.

Spem mihi, nescio quam, vultu promittis amico.

Susurrabat ipsi, nescio quid, in aurem.

Nescio quo casu, quo modo, quo pacto, unbekanter weise / ohngefehr.

15. Pronomen *Ille* cum coniunctione *quidem* lepide interdum repetitur, ut:

Qui summum bonum in virtute ponunt, præclare illi quidem; sed hæc ipsa virtus amicitiam gignit & continet. Cic.

Scripsit litteras, perbreves quidem illas, sed haud quaquam inelegantes.

16. Elegans non raro est sententiæ alicuius expositio per formulam *id est*, vel *hoc est*, v. g.

Vale & ama Tullium, hoc est, hominem tui amantissimum.

17. *Hoc* propius, *illud* remotius denotat; si vero tria sunt membra, medio *istud* præpone, v. g.

Fontes salsi dicuntur salinæ, aciduli acidulæ, calidi thermæ: illæ inserviunt decoquendo sali; istæ potioni medicatæ; hæ lavationi morbidorum.

Mem-

Membrum IV.

De VERBIS.

I.

PEriodus eleganter verbo aliquo polysyllabo aut voce sonanti clauditur, ut:

Piis etiam regna famulantur.

Ne conquerare de fortuna, sed cave, ne sentias graviorem.

2. Repetitio eiusdem verbi est valde elegans, ut:

Quæso, ut quibuscunque rebus potes, potes autem quam plurimis, prospicias & consulas rationibus meis.

Quotiescunque filium tuum video, video autem quotidie, polliceor ei studium meum.

3. Quoties verbum plura post se regit nomina, alterum nomen venuste præcedit, alterum, præsertim polysyllabum, sequitur, ut:

Neque iustitiam colere possunt, neque amicitiam.
Comœdiæ dissimili oratione factæ sunt ac stilo.
Virtus laudem affert ac dignitatem.

4. Usus modi potentialis est elegans, qui exponitur per verba *possum, debeo, volo*, ut:

Roget vel dicat aliquis. Non crediderim.

5. *Dubito*, pra *erubesco & non audeo*, eleganter construitur cum infinitivo, ut:

In senatum introire non dubitavit.

6. Ver-

6. Verbum *inquam* vel *inquit* eleganter
[a] interruptam orationis seriem redintegrat & continuat:
[b] post vocem repetitam habet emphasin:
[c] In allegandis auctorum sententiis post unam alteramve vocem ponitur.

7. Verbum *est* sequentes parit elegantias.
[a] Venuste a verbo suo divellitur, ut:
Diu sum equidem reluctatus.
Multis sum & magnis beneficiis decoratus.
[b] Verbum fere quodcunque per *est*, *erit*, *futurum est*, *fore*, nec non per *fit*, *factum est*, *accidit*, *evenit*, *usu venit*, *sequitur*, *consequitur*, sequente *ut* cum coniunctivo, interdum venuste circumscribitur, ut:
Si est, ut velis manere: pro: si manseris, sed manere velis.
Erit, ut liceat: pro: licebit. Virgil
Spero fore, ut veniat.
Factum est, ut omnibus esset acceptus.
+ *Ita usu venire solet, ut similis similem facile inveniat.*
Suspicor fore, ut causa cadas.
Futurum est, ut olim te pœniteat.
Si industrius fueris, futurum est, ut emergas.
Putaresne unquam accidere posse, ut mihi verba decessent.
[c] *Est*, *sunt*, *erit*, &c. eleganter admittunt relativum *qui*, *quæ*, *quod*, omisso antece-

tecedente *aliquis*, cum Indicativo vel Coniunctivo, v. g.

Est qui te vult conventum.
Est, de quo tibi gratuler.
Est, cui des has litteras.
Est, qui hoc ad vos perferat.
Est, quod scribas.
Fuere ea tempestate, qui dicerent.

Not. Antecedentis omissio etiam in aliis elegans est, ut:

Habes, qui tibi bene cupiat.
Misit, qui amicos rogaret.

[d] *Est cum*, vel *ubi*, *fuit cum*, *erit cum*, pro aliquando, vel alicubi, sine voce temporis ac loci ponitur, ut:

Erit, cum mei memineris.
Habes, ubi excurrat virtus tua &c.
Est, ubi praestat damnum facere.
Est, ubi te ulciscatur:
Est, ubi manebo:
Fuit, cum de mendo suspicarer.

[e] *Est* elegantem efficit pleonasmum, sequente relativo, notatque causam cum particulis *cur*, *quod*, *quare*, *quamobrem*, *quapropter* v. g.

Quid est, cur, sive quamobrem, in isto loco sedeas?
Nihil est, quod amplius speremus.
Non, sive nihil, est, quod timeas.

Multa

Multa veniunt in mentem, quamobrem tibi gratuler.

Quid est, quod te tam delectare possit?
Luxuria est, quæ civitates evertit.
Multi sunt, qui tibi illudant.

8. Post verba *curo, nolo, volo, malo, cupio, oportet*, venustius posueris participium præteritum, quam infinitivum passivum, ut:

Missas ad te curavi litteras.
Malo me conviciis superatum, quam quenquam vel verbo a me læsum.
Omnibus periculis ereptum te cupio.

Not. Verba *Curo, volo, cupio, do, loco, accipio* &c. pro infinitivo passivo præsentis eleganter recipiunt etiam participium futurum in *dus*, ut:

Negotium conficiendum cures.
Agrum ei colendum locavit.
Funus ei satis amplum faciendum curavi.
Dedit mihi vestem utendam.

9. Præteritum Activum interdum venuste a Cicerone exprimitur per Participium passivum cum verbo *habeo*, ut:

Quæ habes instituta, perpolies.

10. Pro *necesse est* & *oportet* eleganter adhibetur formula *non possum non* cum infinitivo, ut:

Viri probi non possunt non malorum insolentiam interdum tolerare.

11. Verba *opinor, credo, dico*, & similia orationis

tionis contextui quasi per parenthesin ita interseruntur, ut absolute ponantur, ut:

Ille, opinor, negotium conficiet.

12. Pro *dico*, cum negatione, Latine dicitur *nego*, ut:

Negat, se quidquam audivisse.

Negavi, me esse facturum.

13. Modestiæ studiosus pro *volo* non citra gratiam *velim* adhibet, ut:

Cogites velim, quid in rem tuam sit.

14. *Memini* eleganter construitur cum Inf. præsenti pro præterito, ut:

Memini me legere, audire &c. ich erinnere mich/ gelesen/gehöret zu haben.

15. Elegans est formula *tantum abest, ut*, v. g.

Nullus præteriit dies, quin mihi tui in mentem veniat, tantum abest, ut tui oblitus sim.

Sanguinem pro te effunderem, tantum abest, ut pecuniæ parcam.

Tantum abest, ut ego magistram esse putem vitæ philosophiam, ut nullis magis existimem opus esse magistris vivendi, quam plerisque, qui in ea disputando versantur.

16. Pro *possibile est, impossibile est*, venustius dicitur *fieri potest, fieri non potest*, vel Græce: ἐστ ἐκ τῶν ἀδυνάτων. Illo tamen usus est Quintilianus.

17. Contrarium unum per remotionem alterius interdum eleganter redditur, ut:

Non nolle videtur : Non ignoro :
Nemo negat : non ignobilis : haud obscurus.

18. Oratio activa interdum haud inelegan-ter vertitur in passivam, & vice versa, ut :

Nonnisi a bonis honesta colitur amicitia, pro, nonnisi boni &c.

Non curat numerum lupus, pro, numerus non curatur a lupo.

19. Infinitivus post *opus est* ornate in abla-tivum participii præteriti passivi mutatur, ut :

Consulto, maturato, dicto, facto, opus est.

20. Gerundium necessitatis scite effertur per *oportet*, *decet*, vel *necesse est*, subaudita parti-cula, ut :

Necesse est, multos timeat, quem multi ti-ment.

21. Gerundia venuste mutantur in parti-cipia pass. in *dus*, ita ut cum nominibus sibi iun-ctis genere, numero & casu, conveniant, ut :

Ut primum mihi potestas oblata est augendæ dignitatis tuæ, nihil intermisi.

Nunquam mihi tui colendi ac ornandi volun-tas defuit.

Occasio discendarum litterarum, pro discen-di litteras.

22. Gerundium in *do* elegantissime poni-tur omisso adiectivo convenienti, ut :

Est oneri ferendo : est solvendo (par.)

Semen

Semen exoletum non est serendo.
Charta emporetica non est scribendo (idonea.)

23. Supinum, cum verbo *ire* positum, ad exprimendum conatum ac studium, orationi addit elegantiam, ut:

Contumelias ultum ibat, pro ulciscebatur, seu ulciscimoliebatur.
Cur te is perditum?
Libertatem suam defensum ibant.
Cavete, ne ignoscendo malis, bonos perditum eatis.
Ire datum operam amico.
Ire consultum, accersitum aliquem.

24. Participiorum usus apud Latinos venustissimus est, v. g.

Morte appropinquante bono ero animo.
Copiis disiectis domum reverti.
Sole oriente Deum adorabo.
Iulio & Pompeio inter se dissidentibus, bellum civile ortum est.
Hunc, muneribus ornatum, a se dimisit.
Vinculis me constrictum tradiderunt:
Venit salutaturus amicos.
Redama tui amantem.
Scripturus historiam vacuus sit a cupiditatibus.

Oraturus intra cubiculum tuum:
Expertus hoc dico.
Compara divitias, semper duraturas.
Vocatus adsum, arcessitus veni.
Domum ibo, scripturus literas.
Scripturus carmen, legito Virgilium.
Scripturo, vel scribenti, mihi nunciatum est.

Not (1) Si desit participium, subauditur vox *existens*, aut præpositio *sub*, *cum* v. g.

Cicerone consule: Patre vivo; Me puero:
Deo auspice: Christo duce: his comitibus
sc. *existentibus.*

(2) Interdum solum ponitur participium, omisso pronomine, ut:

Cognito (illo, seu illa re) *quod Crœso illatum esset bellum:*
Desperato, regionem teneri posse.

25. Quando plura verba sive vocabula coacervantur, significantiora ultimo ponantur loco, & quidem eleganter sine copula, v. g.

Omnia norat, omnium aditus tenebat; appellare, solicitare poterat, audebat.
Vituperavit, flagellavit, trucidavit.

Mem-

Membrum V.
De
ADVERBIIS.

1.

CUr, *quare*, *quamobrem*, ornate ponuntur pro *propter*, vel *ob quem*, *quam*, *quod*, ut:

Nulla est res, cur istum nolim ex paternis probris emergere.

2. Inter particulas *non modo*, *non solum*, *non tantum*, *sed etiam*, *sed quoque*, aliquid interseras.

Not. Pari elegantia dividuntur composita: *Respublica*, *pergratum*, *revera*, *reipsa*, *nonnunquam*, *nihilominus*, *tantopere*, *quantopere*, *antequam*, *priusquam*, *postquam*, *posteaquam*, *plusquam*, *quamdiu*, *nequidem*, ut:

Ante revertit, quam exspectaveram.

Post diem quartum, quam accesserat.

3. *Nedum* negationi eleganter subiicitur, partique deteriori, seu inferiori, inservit, ut:

Optimis temporibus non potuerunt, nedum his.

4. *Æque ac* vel *atque* venuste ponitur pro *tam quam*, ut:

Nihil æque desidero, atque bonam conscientiam.

5. *Magis*, *quam* sine ulla voce media scite coniunguntur, ut:

Servire magis, quam imperare, parati estis.
Ius bonumque apud eos non legibus magis, quam natura, valebat.

6. *Ne multa*, *ne multis*, *ne plura*, *quid multis*, brevitatis causa eleganter absolute ponuntur.

7. *Pariter* eleganter post se habet *cum*, *ac*, *atque*, v. g.

Studia pariter cum ætate crescunt.
Motu corporis pariter atque animo varius.

8. *Perinde* amat particulas *ac*, *acsi*, *atque*, *quasi*, *tanquam*, ut:

+ *Perinde in ista re faciam, ac si mea esset.*

9. *Aliud* pro *quam* scite ponitur repetitum, ut:

Aliud dicis, aliud sentis.
Alius alio melior. Alter altero peior.

10. *Eo quod*, *eo quia*, *eo quo*, *eo ut*, pro *propterea ut* vel *quod*, venuste ponit Cicero, v. g.

Eo tardius ad te scripsi, quod quotidie te ipsum expectabam.
Non eo dico, quo mihi veniat in dubium tua fides.

11. *Quam*, nec non pronom. *qui*, *quæ*, *quod*, eleganter cum verbis *possum*, *queo*, *valeo* &c. construuntur, ut:

Quam

Quam possum, maxima veneratione illum prosequor.

Exposui, quam brevissime potui, oracula.

Not. Eadem particula ornate inter duos comparativos collocatur, aut comparativo inter duo vocabula præponitur, ut:

Fortunatior, quam sapientior.

Id re, quam verbis, faciam libentius.

Divitiis, quam virtuti, invigilant plures. +

Bellum, quam pacem, malebant.

Amicitia, quam pecunia, delectat amplius.

12. *Quippe* non ineleganter usurpatur pro *utpote*, vel absolute, vel sequenti relativo, ut:

Voluptas tibi contemnenda videtur, quippe homini erudito.

Iurgia cum fratre non agebat, quippe qui &c.

13. *Secus* venuste post se admittit *quam*, *ac*, *atque*, v. g.

Non secus, ac si ipse adesses.

Secus agit, atque initio dixerat.

Not. *Secus* ponitur etiam absolute cum vi negandi, v. g.

Recte, an secus, nihil ad nos.

14. *Tantum non* pro *fere*, *prope*, venuste dixeris, ut:

Tantum non enecatus sum.

15. *Unde* pro *ex quo* vel *a quo* venuste ponitur, ut:

Fontes, unde haurias.

Eloquentia, unde longe absum.

16. *Usque, usque adeo*, eleganter assumunt *dum, donec, quoad*, v. g.

Mihi usque curæ erit, quid agas, dum, quid egeris scire.

Not. *Usque eo, usque adeo*, pro *adeo*, scite ponuntur.

17. *Utrum* interrogandi adverbium post se recipit *an, an non, nec ne*, ut:

Utrum hoc faciam, nec ne?

18. Signum universale affirmativum eleganter redditur per negativum, præmissa negatione alia, ut:

Qui non assentiretur, vidi neminem.

Aperte adulantem nemo non videt.

19. Pro *vehementer* scite ponitur *maiorem in modum, mirum in modum, etiam atque etiam.*

20. Indignandi formulis pulchre vox *malum* inseritur, ut:

Quænam, malum! est ista infrenata tua impudentia?

Quid tua, malum! refert?

21. Singularem habent elegantiam adverbia in *im*, ut: *strictim, cursim, carptim, paulatim, sensim,*

sensim, *punctim*, *cæsim* &c. nec non ea, quæ nominibus aut verbis iuncta emphasin habent, aut vim oxymori, v. g.

Avare superbeque imperare.

Turba muliebriter culta: excusatius peccare.

Amicus molestè sedulus, homo placidè iracundus, facetè impius, sordidè liberalis, laboriosè ineptus vel inepte laboriosus, ingeniosè nequam, otiosè occupatus, pravè facundus.

Membrum VI.

De PRAEPOSITIONIBVS.

§. I.

PRæpositiones nonnullæ haud invenustè casibus suis postponuntur, v. g.

Habes, quibuscum familiares conferas sermones:

Nulla in re: Multis de causis: Quam ob rem:

Quem penes est omnis potestas:

Nos inter & illos: magna per pericula: bonam in partem; qua in urbe.

2. *In* eleganter ponitur pro *inter*, ut:

In perditis habeo. In amicis hunc habeo.

In his (inter hos) *fuit frater tuus.*

Byzantio expugnato cepit complures Persarum nobiles; atque in his nonnullos Regis propinquos. Nep. Paus. 2.

3. *Per* hos elegantes habet loquendi modos, v. g.

Per iocum: per ætatem eius pater esse potuisset: per speciem honoris: per id tempus.

Per valetudinem non possum: per me licet: per leges non licet: per Deum iurare.

4. *Post* eleganter cum participio præterito construitur v. g.

Post hanc urbem conditam:

Post homines natos.

5. *Post & præter,* sive secundum formula excipiendi, pulchre redditur per formulam *si discesseris*, v. g.

Parentibus, si a Deo discesseris, plurima debes.

Omnis homo, si a Christo discesseris, est peccator.

Membrum VII.

De CONIVNCTIONIBVS.

1.

AT *enim*, in obiectionibus & occupationibus frequens est, ut:

At

At enim nihil novi fiat contra exempla & instituta maiorum. Es möchte aber einer ſagen ꝛc.

2. Ut *tum tum* in paribus, ſic *cum* & *tum* eleganter ponuntur in imparibus: ubi minus per *cum*, maius per *tum* effertur; id quod non ineleganter aſſumit *præcipue, maxime, certe, profecto* & ſuperlativum v. g.

Fortuna plurimum poteſt, cum in rebus ceteris, tum præcipue in bello.

Luxuria cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt.

3. Pro *quia* vel *quoniam* eleganter ponitur *utpote, quippe*, ante relativum *qui, quæ, quod*, v g.

Non eſt huic habenda fides, quippe qui bis peieravit.

4. *Atque* ſequente vocali venuſtius ponitur, quam *ac*, utrumque autem uſitatius inter polyſyllaba ponitur quam *&*, v. g.

Ad ſummas atque incredibiles occupationes accedit.

5. *Quod*, ſequente *ſi*, venuſte abundat, vel pro *ſed* ponitur, ſequente non raro, *certe, profecto, nihilominus*, ut:

Quod ſi licebat me excuſare, tamen non debebas.

Quod ſi tibi res cum eo ſit, cum quo mihi eſt, tum ſentias &c. 6.

6. Particula *que* concinne vocibus indeclinabilibus annectitur, ut:

Diu multumque: Ultro citroque: Longe lateque:

Iterum iterumque: magis magisque.

7. Pro *tantum* concinne dicitur *non nisi*, ut:

Non nisi fide servamur.

8. *Ut ne* pro *ne* eleganter dicitur, v. g.

Iustitiæ primum munus est, ut ne cui noceas.

Illud ut ne facias, hæc res sola est remedio.

9. Coniunctio *et* geminata admodum venusta est, ut:

Diligentia honores & gignit & continet.

10. Cum tria vocabula coniungenda sunt, eleganter secundo postponitur *que*, & tertio præmittitur *&*, *ac*, *atque*, v.g.

Elegantes doctasque & humanas litteras dedit.

11. *Si*, *nisi*, *ut*, *cum*, *dum*, *ne*, *cur*, *qui*, *quæ*, *quod*, venuste in orationis medio ante verbum suum ponuntur, ut:

Quod si feceris.

Laborem tua causa cum suscipis.

Virtutem voluptati qui præponit.

12. Tandem de omnibus elegantiis notetur, in iis modum esse servandum, ne earum affectatione fastidium lectoribus creetur, nec eadem semper chorda oberrare videamur.

Nec

Nec putandum est, omnem stilum elegantem etiam esse purum. Multi enim scribunt elegantius, quam purius. Indigna autem est ea structuræ elegantia, quam voces ac locutiones minus Latinæ deformant. Videtur eiusmodi sermo similis monetæ subæratæ, specie sua nitida aurum aut argentum mentienti.

CAP. V.
De
INTERPVNCTIONIBVS,
Seu
MODO DISTINGVENDI.

§. I.

INterpunctio est vocum, membrorum ac sententiarum, separatio, seu distinctio, per certas notas expressa, in legendo sensui, in dicendo autem interspirandi usui, inserviens, ac constructionis index.

§. II. Distinctio ratione sensus vel est imperfecta, vel perfecta. *Imperfecta*, & quidem magis talis, fit per *Comma*, minus talis per *Semicolon*. *Perfecta* fit per *Colon* & per *Punctum*, quorum tamen hoc illo perfectius distinguit.

§. III.

§. III. *Commatis*, seu incisi, officium præcipue est:

1. Minora constructionis ac periodi membra distingvere, variasque circumstantias separare.

2. Ambiguitatem tollere, ut in illo:

Porta patens esto, nulli claudatur honesto.

3. Voces, ad unum relatas nomen, aut verbum, discernere, ut:

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum.

§. IV. Est ergo commatis, ut officio suo fungatur, locus

1. Ante relativum, ut: *Litteræ tuæ, quas hodie accepi, mihi gratæ sunt.*

2. Ante quædam adverbia, & quidem

Temporis, v. g. *Pater tuus, cum, vel quando, venerit, illud nobis narrabit.*

Comparandi, *eo, tanto, quam* v. g. *Quo quis est indoctior, eo est impudentior. Præstat mori, quam peccare.*

Intendendi, *quam*, v. g. *Non intelligunt homines, quam magnum vectigal sit parsimonia.*

Corrigendi, v. g. *Voluit, immo debuit.*

3. Post adverbia intendendi *adeo, tam, ita, sic, tantopere*, sequente *ut*, v. g. *Sic Deus dilexit mundum, ut* &c.

4. Ante plerasque coniunctiones, inprimis Copu-

Copulantes (non vocum, sed sententiarum) *ac*, *atque*, *&*, *etiam*, *quoque*, *cum*, *tum*, v. g.

Nulla res est, quam ille non & consilio regere, & integritate tueri, & virtute conficere, possit.

Disiungentes: *aut*, *seu*, *sive*, *vel*, *sed*, v. g.

Aut prodesse volunt, aut delectare, Poetæ.

Dei es, sive dormias, sive vigiles.

Non te cogo, sed rogo.

Hypotheticas, in medio positas, *si*, *nisi*, v. g.

Poteris, si volueris, hoc præstare:

Nemo saltat sobrius, nisi forte insanit.

Causales, *quia*, *quod*, *ut*, *quo*, *ne*, *quin*, e. g.

Te vocabam, quia non aderas.

Non est, quod recuses. *Rogo, ut venias.*

5. In compellationibus, v. g.

Litteras tuas, frater carissime, accepi.

6. In membris asyndeti, polysyndeti, & congeriei, ut:

Abiit, excessit, evasit, erupit.

Ille me præ ceteris & colit, & observat, & diligit.

§. V. *Semicolon* est distinctio sententiæ, adhuc pendentis in constructione nondum perfecta: quod, quia secundum sensum aliquanto plenius est commate, colon autem nondum explet; locum habet in iis omnibus, quæ, ratione sensus & constructionis, inter colon & comma media sunt. Speciatim ponitur

[a] Ante adverbia corrigendi, nec non ante

ante coniunctiones disiunctivas & adversativas longioris periodi.

[b] In oppositis, disiunctis, ac variis partitionibus, v. g.

Volentem fata trahunt; nolentem ducunt.

Bona conscientia nobis opus est propter Deum; bona fama propter homines.

§. VI. *Colon* est distinctio sententiæ perfectæ quidem, sed cum sequenti tamen connexæ, locum habens,

1. In allegationibus testimoniorum, exemplorum, atque alieni sermonis. Huc refer occupationem, qua obiectionem anteverti-mus, ut: *sed dixerit forte aliquis:*

2. In comparationibus ante apodosin; nisi similitudo, verbis constans paucissimis, comma tantum requirat, v. g.

Ut flos cito emarcescit, ita & humana gloria.

3. In transitionibus, v. g.

Sed hæc hactenus: dicam nunc &c.

4. In distributione, si membra distributionis sint longiora, unoque ac altero commate constent.

§. VII. *Punctum* est vel *maius*, vel *minus*. *Minus*, seu Laconicum, frequentissimum est in *Seneca*, aliisque concisis scriptoribus, quorum periodi paucis absolvuntur vocibus, sequenti periodo a minuscula incipiente littera, v. g. *Homo natus denascitur, dum vivit, moritur. dum moritur, vivere incipit.*

Maius

Maius ponitur in fine periodi, seu cuiuscunque sententiæ, integre completæ: speciatim ante coniunctiones ratiocinativas ac collectivas: *verum*, *verum enim vero*, *nam*, *enim*: *ergo*, *igitur*, *ideo*, *quare*, *quapropter*.

§. VIII. Tandem huc refer *distinctiones secundarias*: *Parenthesin*, *signum interrogationis & exclamationis*.

Parenthesis continet ea, quæ ad periodi structuram proprie non pertinent; adeoque sensum quasi hospitem in medio sermonis cursu admittit, restrictionibus, explicationibus, ac confessionibus, inserviens.

Signum Interrogationis non tantum interrogationi, sed etiam affectui exprimendo, inservit: commode autem omittitur, quando interrogandi vis, quæ primis periodi verbis inerat, in longiore huius progressu exspiravit, saltem minus est notabilis.

Signum Exclamandi itidem indicat affectum, adeoque adhibetur in admiratione & exclamatione, post vota, epiphonemata, vehementiores asseverationes, ac contestationes.

§. IX. Quo interpungendi usum eo discant facilius tirones, sumant auctorem, sive Latinum, sive Germanicum, in quo se exerceant. Si male fuerit distinctus, eum emendent; si recte, mutum habent præceptorem, e quo pensum aliquod, interpunctionibus in descri-

ptione nudatum, secundum datam normam iisdem iterum distinguant, distinctum vero cum ipso auctore conferant.

CAP. VI.
De
BARBARISMIS.

AGonizare, Latine animam agere.
Abbreviatura, compendium scripturæ, nota scriptionis compendiaria.
Abbreviare, scripturæ compendiis uti.
Æquanimus, qui æquo est animo.
Æquanimiter, æquo animo; voce æquanimitas, pro *animi æquitas*, usus est Ter. in Prol. Phorm. & Adelph.
Albedo, albor, albitudo, color albus, candor. Sic etiam *nigredo*, nigror, *rubedo*, rubor.
Accerso, rectius arcesso.
Allodium, res mancipi, opposita *feudo*, quod Latine dicitur prædium beneficiarium.
Alternatio, vicissitudo.
Anatomia, anatome, incisio.
Aptitudo, habilitas, Gr. ἱκανότης.
Armistitium, induciæ.
Assistentia, auxilium, adiumentum.
Academiæ pedellus, Academiæ a pedibus, minister publicus.
Appropriare sibi, proprium reddere, suum facere, sibi vindicare, tribuere.

Arre-

Arrestare, curare retinendum aliquem, vel bona alicuius prætoria manu detinere, iniicere manum rei.

Assvefactio, consvetudo, usus, exercitatio.

Abominabilis, *abominatio*, execrabilis, detestabilis, detestandus, abominandus (ab abominor, quod in usu est) detestatio, execratio, res execranda.

Adinvicem, invicem, mutuo.

Adoptatio, adoptio: priore tamen voce usus est Gellius L. V. c. 19.

Agon, mortis luctamen.

Æquivocatio, *æquivocum*, ambiguitas, ambiguum.

Affirmativus, *affirmative*, affirmans, aiens, affirmanter, affirmate. Sic negans pro *negativus*: sunt negantia contraria aientibus, Cic.

Alternatio, variatio, successio per vices.

Alternatim, alternis vicibus.

Amanuensis, servus, homo, puer a manibus.

Animabus, animis, in dativo plur.

Animitus, sincere, ex animo.

Annihilare, in nihilum redigere.

Annullare, antiquare, abolere.

Antemurale, propugnaculum.

Apparentia, spes, species, visio.

Archidux, dux princeps, sive primarius. Est vox hybrida, e Græco & Latino composita: Sed in hoc & similibus aliquid dandum est consvetudini, tyranno.

Archivum, tabularium publicum, chartophylacium, grammatophylacium.
Augmentare, augere.

Beneplacitum, voluntas, sententia.
Bestialis, bestiis conveniens, brutus.
Bibo, helluo, potandi avidus.
Bibliothecarius, a bibliotheca, bibliothecophylax, bibliothecæ præfectus.
Bigamus, *bigamia*, digamus, digamia.
Blasphemare, execrari, conviciari.
Boatus, mugitus.
Bovinus, bubulus.

Calculare, *calculatio*, computare, supputare, computatio.
Caliditas, calor.
Cautela, cautio.
Cambire, *cambium*, permutare, commutare, permutatio pecuniæ, collybus.
Canonizari, sanctorum in cœlo numero seu ordinibus adscribi.
Captivare, capere, captivum tenere vel abducere.
Carentia, egestas, absentia, vacuitas.
Carminicus, metricus, oratione ligata,
Connatus, innatus.
Casualis, fortuitus.
Causari, pro efficere, barbarum, pro causam afferre, Latinum est.

Certi-

Certitudo, *incertitudo*, certum, indubitatum, res certa, rés veritatis exploratisſimæ, incertum, res incerta.

Ceſpitare, hallucinari, errare, offendere.

Circulariter, in orbem, circulatim, cum ambitu & circuitione.

Coacte, vi adductus.

Coadiutor, adiutor.

Coætaneus, *coævus*, æqualis, σύγχρονος, eiusdem ætatis homines. ἀκμαῖος.

Contradictionem importare, *implicare*, repugnare inter ſe.

Contradictoria, repugnantia.

Cœlicus, cœleſtis.

Cœlitus, de cœlo, divinitus.

Coincido, ſimul incido, tantum valeo.

Colendisſimus, maxime colendus.

Collaterales, a latere conſtituti, proximi, quorum alter claudit alterius latus.

Collimare, collineare, ſcopum ferire.

Combinare, iungere, coniungere, connectere.

Comitiſſa, *principiſſa*, *duciſſa*, comes, princeps, dux fœmina.

Commenſalis, menſæ ſocius, convictor.

Commiſſarius, rei inquiſitor, iudex, cui commiſſa eſt cognitio cauſæ.

Comparative, comparate.

Condolere, *compati*, *compaſſio*, ſimul pati, caſu alicuius commoveri, affici, alicuius miſeri-

am suam existimare, ægritudinis societas, συμπάθεια, συμπάσχω, συμπαθῶς.

Compater, sponsor fidei, susceptor, sacræ initiationis arbiter.

Complacentia, oblectatio.

Complexio, temperamentum.

Complices, facinoris socii.

Computus, computatio.

Concatenatus, rectius catenatus.

Concernit me, attinet ad me.

Concivis, civis.

Concordantia, consensus, harmonia, loca parallela.

Concupiscentia, libido, cupiditas.

Condescendere, ingenio aut captui alicuius se conformare, accommodare.

Conditionaliter, cum conditione, hac vel illa conditione, ea lege.

Confabulatio, colloquium.

+ *Confessionarius*, a confessionibus alicuius, conscientiæ arbiter ac moderator.

Confortare, corroborare, confirmare.

Confrater, frater, collega.

Contribulis, tribulis.

Connumerare, in eundem numerum referre, annumerare.

Conscientiosus, iustus, contra conscientiam nihil unquam acturus, religiosus.

Consistorium, consessus, consilium, senatus ecclesiasticus.

Con-

Consodalis, sodalis, socius, gregalis.
Constellatio, cœli sive astrorum affectio.
Contrariari, repugnare, contrarium esse, adversari.
Controverti, ambigi, in controversia esse, in controversiam venire.
Criminalis, capitalis.
Cordialiter, *cordicitus*, ex animo.
Correcte, emendate.
Cursorie, cursim.
Creatura, res creata.
Cuprum, cyprium, æs cyprium.
Curabilis, medicabilis, sanabilis.
Curvitas, curvatura, curvamen, curvatio.

De *verbo ad verbum*, *verbotim*, ad verbum, totidem verbis, verbum pro verbo.
Deauratus, inauratus.
Depositor, præfectus novitiorum vexationibus.
Deceptorius, fallax.
Deitas, divinitas.
Deprædari, prædari.
Deprædicare, prædicare.
Desertum, locus desertus, solitudo.
Desolatio, excidium, vastatio.
Dictamen, præscriptum.
Dictionarium, liber de vocum significationibus.
Discretio, modestia, vel divisio.

Dieſcit, luceſcit, diluceſcit, lux exoritur.
Diverſimode, varie, alio atque alio modo, non uno modo.
Divinator, vates divinus.
Diviſibilis, *indiviſibilis*, dividuus, qui dividi poteſt, individuus, indiviſus.
Diviſim, ſeparatim, ſeorſum.
Dolorificus, *doloroſus*, dolorem afferens.
Dominicalis, quod in diem feſtum incidit.
Duellum, pugna ſingularis, certamen unius cum uno.

E Contra, contra, e contrario, e contraria parte, *e diverſo*.
Effective, efficaciter, efficienter.
Effigiare, *efformare*, effingere, exprimere.
Eluceſcere, elucere.
Eremita, ſolitarius, *anachorita*.
Evaginare gladium, ſtringere, ſeu vagina educere, gladium.
Exceſſive, ſupra modum, profuſe, nimium, immodice.
Expectorare, promere quæ in animo latent.
Exorbitare, diſcedere ex orbita.
Excommunicare, interdicere alicui ſacris, diro programmate configere, ſegregare a numero Chriſtianorum.
Excommunicatio, dira proſcriptio, programma execrabile.
Extemporaneus, extemporalis.

Extra-

Extraordinarie, extra ordinem: Adiectivum Latinum est.
Extrinsece, *intrinsece*, externe, interne, extrinsecus, intrinsecus.

Famigeratus, rectius, celebris.
Feriari, ferias habere, celebrare,
Festinantia, festinatio.
Fiducialiter, cum fiducia.
Fidei iussor, sponsor.
Figmentum, rectius, res ficta. *Usus tamen Muretus priore.*
Filialis, quod filii est, sive filium decet.
Finalis, *finaliter*, ultimus, ad ultimum, novissime.
Flavedo, color flavus.
Florenus, nummus aureus, olim a Florentinis floris signo insignitus.
Fornicari, *fornicatio*, scortari, scortatio.
Fornicare, est fornicem facere.
Fortalitium, propugnaculum, castellum.
Frontispicium, pars prior, inprimis ædium.
Frustraneus, supervacuus, frustra susceptus, sine fructu.
Fructifico, fructum fero.
Fulcivit, a fulcio, fulsit: Sic & in compositis,
Fundamentalis, solidus, solido fundamento impositus.
Fundulus, gobius fluviatilis.

Glorifico, gloria afficio, gloriam alicuius prædico, laudo, extollo.

Gratitudo, *ingratitudo*, animus gratus & beneficii memor, grata voluntas, beneficii memoria animus ingratus, ἀχαριστία.

Gravamen, querela.

Hereditare, hæredem esse, hæreditatem cernere, adire, consequi.

Homagium, clientela, sacramentum.

Honorificare, honorare, ad honores evehere.

Humiditas, humor.

Humiliare se, se submittere, submisse se gerere, submisso ac supplice animo esse, ab omni supercilio fastuque longe abesse.

Idoneitas, ἱκανότης, habilitas.

Ignobiliter, sordide.

Ignominiose, per ignominiam, cum ignominia.

Illatinus, non Latinus.

Immediatus, *immediate*, *mediatus*, *mediate*, *mediante illo*, proximus, proxime, interveniente nullo, vel illo, sine interventu ullius. ἀμέσως.

Immoriger, *immorigerus*, minus moriger, non obediens.

Impertinens, ad causam non pertinens, ad rem nihil pertinens.

Impœnitens, *impœnitentia*, ἀμεταμέλητος, impius, impietas.

Inadvertentia, inconsiderantia, incuria, negligentia.

Inci-

Incidenter, obiter, præter rem & causam, ὡς ἐν παρόδῳ.
Incivilis, incivilitas, expers civilitatis, agrestis, rusticitas.
Impræsentiarum, in præsentia, in præsenti, in præsens, ad præsens.
Imprimis, in primis.
Incentivum, incitamentum.
Incorrigibilis, insanabilis, de cuius emendatione desperatur.
Incredulitas, vitium animi a Deo alieni, vel fidem Christo non habentis, ἀπείθεια.
Indigitare, indicare.
Insufficiens, non sufficiens.
Indispositus, male constitutus.
Ineloquens, parum disertus, indisertus, minime facundus.
Influxus, demissa e cœlo vis, vis e sideribus influens in corpora hæc inferiora.
Ingurgitatio, crapula, ebrietas.
Inobediens, inobedientia, non obediens, inobsequens, non obedientis culpa.
Insipidus, nullius vel ingrati saporis.
Insolite, insolenter.
Intertexere, intexere.
Intimare, publice proponere.
Intimior, intimus.
Inverecundia, impudentia.
Irreconciliabilis, implacabilis, inexpiabilis.
Irregularis, declinans a regula.

Irre-

Irremisſibilis, irremisſibiliter, cui nunquam condonabitur, ſine ſpe veniæ.
Iuramentum, iusiurandum, ſacramentum.

LAbilis, debilis, infirmus, minus tenax e. g. memoria.
Laxativum, laxans, laxandi vi præditum.
Legaliter, ſecundum legem.
Licite, illicite, iuſte, iniuſte, honeſte, inhoneſte, iuſtis de cauſis.
Ligatura, ligamen, ligatio.
Longanimus, μακρόθυμος, lenis, tardus ad iram.
Lucta, luctamen, luctatio.

MAgnalia, res magnæ ac illuſtres.
Magnates, optimates, ſummates.
Manuductio, ductio, ductus, iſagoge.
Maſticare, manducare.
Matricula, indiculus, ſive catalogus nominum.
Maxima, æ, regula, axioma.
Mediator, deprecator, pacificator, conciliator, internuncius.
Menſurare, menſuratio, metiri, menſura.
Meridionalis, rectius, meridialis, meridianus.
Miniſterialis, miniſtrator, ad miniſterium pertinens.
Miraculoſus, mirabilis, portentoſus, prodigioſus.

Moder-

Modernus, hodiernus, recentior.
Momentaneus, momento temporis durans, brevissimus.
Monialis, virgo Deo dicata.
Monoculus, μονόφθαλμος, unoculus.
Multoties, sæpius.

Neutralis, *neutralitas*, medius, neutrius partis studiosus, qui abest a partium studio, animus a partium studio alienus.
Notorius, *notorie*, manifestus, apertus, aperte, manifeste.
Novercari, novercæ more agere.
Nullatenus, minime, nulla ratione, nullo modo, nequaquam, neutiquam.
Nullibi, *nuspiam*, nusquam.

Octodecim, *novendecim*, rectius, decem & octo, decem & novem, duodeviginti, undeviginti, undevigesimus.
Octoaginta, *octoagesimus*, octoginta, octogesimus.
Oculariter, iudicio oculorum, ipso intuitu.
Orientales, rectius, orientis populi.
Oscitantia, oscitatio.

Pacifice, tranquille.
Particularis, *partialis*, singularis.
Parochia, parœcia, conventus eorum, qui unius templi sunt consortes.

Patro-

Patronatus, ius constituendi sacerdotem.
Peccamen, peccaminosus, peccatum, peccans.
Perpendiculariter, ad perpendiculum.
Philosophaster, minutus seu plebeius Philosophus.
Pinnaculum, pinna, ædificii summitas, πτερύγιον.
Pomposus, magnificus, splendidus.
Populosus, frequens, populo abundans.
Porosus, poris abundans, fistulosus.
Portatilis, quod portari potest.
Præconceptus, præsumtus, anticipatus.
Præprimis, in primis, præsertim, præcipue, potissimum.
Præsentare, repræsentare.
Præservare, conservare, vel adrepentem morbum antevertere.
Præsuppono, circumscribendum est hoc verbum ita, ut sensus requirit.
Primogenitus, primum genitus, natu maior, natu maximus.
Privativus, positivus, privans, ponens, sive adfirmans.
Prodigalis, prodigalitas, prodigus, prodigentia, prodige.
Proficuus, utilis, commodus.
Profunditas, profundum.
Prolongare tempus, protrahere, prorogare.
Promanare, emanare, permanare, profluere, provenire.

Promo-

Promotor, patronus, dignitatis amplificator.
Propalare, manifestare, divulgare.
Prophetare, prædicere, vaticinari.
Prophetissa, prophetis, vates divina.
Protectio, clientela, præsidium, patrocinium.
Protector, defensor, patronus.
Pusillanimus, *pusillanimitas*, timidus, timiditas, animus fractus & humilis.

Quadragesies &c. quadragies, quinquagies.
Quantocius, quam primum.
Quaternio, plagula chartæ, folium in minora quatuor complicatum.
Quercinus, quernus, querneus.

Rationalis, *irrationalis*, rectius: ratione præditus, ratione carens, rationis particeps.
Realis, verus, solidus.
Realia, res.
Realiter, re ipsa, revera.
Recompensare, *recommendare*, compensare, commendare.
Redargutio, reprehensio, refutatio.
Refrigerium, refrigeratio.
Regulariter, secundum leges, sive præscriptam normam.
Reiterare, iterare.
Reiteratio, iteratio.
Religiositas, pietas erga Deum.
Resipiscentia, vitæ emendatio.

Resisten-

Resistentia, repugnantia.
Resistibilis, cui potest resisti.
Respective, comparate.
Restaurare, rectius instaurare, ab instar.
Revisio, recognitio.
Revolutio, conversio.
Rigorosus, rigidus, severus.

Salvificus, salutaris.
Sanctifico, sanctum reddo.
Sapidus, boni sive grati saporis.
Scandalum, vox origine Græca & ecclesiastica, Latinis dicitur offendiculum, impedimentum.
Scandalizare, corrumpere seu peiorem aliquem reddere.
Scholaris, artium liberalium cultor.
Scibile, quod sciri potest.
Scrutinium, inquisitio, scrutatio.
Secretarius, principis a secretis.
Seorsim, seorsum.
Somnolentus, somniculosus.
Sordities, sordes.
Sternutatio, sternutamentum.
Subhastare, hastæ, sive præconis voci, subiicere.
Subintelligere, aliud non expressum intelligere, subaudire.
Subiugare, sub iugum mittere, iugo subdere, subiicere.
Subsannare, sannis excipere, irridere.

Successi-

Successive, procedente tempore, progressu temporis.
Sufficientia, id quod satis est.
Suffraganeus, vicarius.
Superioritas, excellentia, præstantia.
Supernaturalis, naturæ vires, seu ordinem, excedens.
Sustentaculum, fulcrum, columen.
Superscriptio litterarum, inscriptio.

Taliter qualiter, qualitercunque, utcunque.
Tædiosus, tædio plenus.
Tardatio, mora, tarditas, procrastinatio.
Temporaliter, ad tempus.
Terrefacio, terrore afficio.
Thesaurarius, quæstor, ærarii præfectus.
Tortura, tormentum, quæstio.
Totalis, totus, universus.
Totaliter, penitus.
Transparere, pellucere.
Tumba, sepulcrum.
Tremulare, tremere.

Vacantia, vacatio.
Valor, pretium.
Variabilis, mutabilis, immutabilis.
Vasallus, cliens fiduciarius.
Venenosus, venenatus.
Ventositas, ventus, ostentatio, tumor.
Viror, viriditas.

Victoriose, manu victrice.
Victualia, commeatus, alimonia.
Virtuosus, virtute præditus, honestus.
Vituperium, vituperatio.
Vivifico, ζωοποιέω, vitam do.
Ultimate, *Ultimatim*, novissime, ad extremum.
Unanimiter, uno animo, uno ore, ὁμοθυμαδὸν.
Unigenitus, μονογενὴς, unigena, filius unicus.
Unire, coniungere.
Universaliter, universe.
Voluptuarius, voluptarius.
Usualis, usitatus.
Uxoratus, uxorem habens.

CAP. VII.
De
SOLOECISMIS.

AB initio repetere, melius: usque a capite arcessere, a capite repetere, dicere de integro.
Apotheca, *apothecarius*, , pharmacopolium, pharmacopola, myropola. Apothecæ nomen generale est.
Aer malus, cœli gravitas, cœli gravis ac pestilens adspiratio, cœlum ingratum. Contra: cœlum gratum & lenissimum.
Arius, *Arrius*, *penultima brevi*, Arius, hæresiarcha, penultima longa, Gr. Ἄρειος it. Philosophus Alexandrinus, Gr. Ἀρῆος.

Ætas

Ætas consumta, acta, exacta, affecta, provecta, adulta, ingravescens.

Aqua benedicta, aqua sacra, lustralis.

Aliqui his, aliqui illis, alii aliis studiis delectantur. Sic: aliis alia placent: alius alio doctior: alii aliis doctiores sunt.

Acceptio personarum, discrimen & respectus personarum.

Adventus domini, dies dominico adventui sacri; hebdomades, quæ anniversariam Christi nascentis memoriam præcurrunt.

Appetitus cibi, appetentia cibi. Appetitus significat immensam & immoderatam cupiditatem. Hinc Cic. efficiendum, ut appetitus rationi obediant.

Abrumpere sermonem, præcidere sermonem.

Abscondere se, rectius abdere se, conjicere se in latebram, delitescere.

Absentiam alicuius ferre, desiderium alicuius ferre.

Affer huc illum, arcesse, adduc illum.

Actu esse, re, re ipsa, esse.

A longinquo ne petam, ne longe vel longius abeam.

Ab initio mundi, rectius: post hominum memoriam, post homines natos, a mundo condito.

Ad dextram vel sinistram sedere, supra vel infra accumbere: claudere, tegere alicui dextram, vel sinistram.

Ante mensam orare, cibos appositos precibus consecrare.

Adhuc semel, iterum.

Æque multum, totidem.

Ægrotus valde, graviter affectus.

Abs re, non abs re, non sine causa. Non abs re, sc. alienum est, in alio significatu. *Abs* enim non nisi sequente *q*: nec non in compositione, sequente *c* aut *t*, ponitur, ut: *abscedo, abstineo, abs quovis homine.*

Accensere, annumerare.

Adhibere fidem alicui, habere; adhibere fidem significat, fide uti, fideliter agere.

Amantissime frater, dilectissime: amantissimus est, qui valde amat.

Amittere prælium, acie vinci: recte tamen dicitur, amittere animam, vitam, causam, litem, tempus.

Angustia animi, angor, anxietas: angustia loci, temporis & rei familiaris, recte dicitur.

Appellit vel appulit navis, appulsa est: appellere navem ad portum, appellere nave vel classe aliquo, subaudi se vel cursum; & absolute: appellere aliquo, appelli, & appelli navibus, probatæ sunt locutiones.

Attinet me, ad me.

Author, auctor.

Aulicus, rectius, purpuratus.

Benedicere alicui, segnen/ bene precari, fortunare, secundare, felicem successum largiri.

Bona

Bona opera facere, rectius: virtutum officia præstare. fructus pietatis promere.

Brachium seculare, magistratus, potestas magistratus.

CArdinales, purpurati patres, curiæ Romanæ senatores.

Caro, naturæ humanæ corruptio.

Causa mei, tui, sui, nostri, vestri, mea, tua, sua, nostra, vestra.

Communicare aliquid alicui, rectius cum aliquo aliquid, vel de aliqua re, item communicare inter se.

Conventum est inter nos, convenit inter nos. Hæc fratri mecum non conveniunt.

Communiter, ut plurimum, plerumque, vulgo. Voci *communiter* opponitur *separatim*, & notat, pariter, simul.

Comparatum est ita cum illo, ratio seu conditio huius hominis ita comparata est: mea alia est ratio: ita comparata est natura hominum: ita comparatum est, ut &c. vel natura inique comparatum est.

Conciliare aliquem cum aliquo, aliquem alicui, aliquos inter se, animos, inter aliquos pacem.

Conceptus, cogitatio, res cogitata, cogitata mentis proloqui, pro: conceptus suos exprimere.

Consulere alicui, consilium alicui dare. Con-

sulere alicui, est consilio, opera, studio, alicui, sive alicuius rebus, adesse, eumque adiuvare. Hinc dicitur: consulere alicuius rationibus, commodis, famæ, vitæ, infirmitati, fortunis &c. Alias consulere sine Dativo est consultare, v. g. consulere in medium, quid in rem sit.

Copia epistolæ, apographum, sive exemplum.

Cum hoc res ita se habet, res vel hoc ita se habet, hæc est huius rei ratio, aliter se res habet, alia est huius rei ratio.

Cum tempore, procedente tempore, intervallo seu spatio temporis.

DE die in diem, in dies, in dies singulos.

Discretus, bescheiden/ modestus.

Dicit, se non vidisse, negat se vidisse.

Devotus, religiosus; sed cum Dat. devotus Deo &c. recte dicitur.

Discurrere, discursus, differere, dissertatio, sermo.

Dispensare, legibus solvere, gratiam facere. Latinis est administrare.

Disitus, remotus, disiunctus, longinquus. Latinis est disseminatus, dispersus.

Districtus, territorium.

Ditio, regio, provincia. Ditio significat potestatem, iurisdictionem, imperium. Hinc: ditionis suæ facere, ditioni suæ adiicere regionem, in ditionem venire, redigere, in ditione ac potestate alicuius esse. *Erum-*

Erumpere in verba, cum conatu vel impetu proferre verba.

Evadere in virum doctum, sine præpoſit. Cum accuſ. vero & præpoſ. idem fere eſt, ac erumpere, pervenire, v. g. Hæc licentia evadet in magnum aliquod malum. Evadere in ſummum.

Facultas philoſophica, collegium ſive ordo philoſophorum.

Feſtivitas, ſolennitas nuptialis, ſeu feſti diei.

Gentiles, idolorum cultores.

Gratioſiſſime Domine, clementiſſime. Gratioſus paſſive ſignificat, v. g. Maria Deo gratioſa.

Humilis, *humilitas*, ignotæ veteribus virtutis ignota ſunt in hoc ſignificatu nomina; Chriſtianis vero non indigna. Voces enim *modeſtus*, *modeſtia*, hæc virtus quid valeat, frigide exprimunt; *animi* autem *ſubmiſſio*, ſeu demiſſio, aliquanto ſignificantius. De genuino harum vocum ſignificatu conf. Lex. Fabri.

Hypocriſis, *hypocrita*, Latine pietatis ſimulator, pietatis ſimulatio. *Hypocrita* veteribus erat ſcenicus, ſive theatralis, artifex ac hiſtrio. Non immerito autem hæc vox in ſtilo eccleſiaſtico retinetur.

Idiomate Latino, sermone sive lingua Latina. Idioma proprietatem significat, sive certum dicendi genus, quod cuique auctori proprium est.

Illotis manibus aggredi, illotis manibus attingere.

Indulgentia, venia Romani episcopi, seu pontificis.

Infractus, pro non fractus, barbarum est. Derivatur enim ab infringo, & idem est ac valde fractus. Eadem est ratio vocis *infucatus*, pro valde fucatus, ab infucare.

Inquam, ich wolte sagen/vol. i dicere.

Linea, eine Zeile/ versus, versiculus.
Lingua materna, vernacula, sermo patrius.

Medium, sumtus, adminiculum, adiumentum, via, instrumentum.
Mittere expressum, certum hominem.
Musæum, museum, μυσεῖον.
Mutuo dare, mutuum dare, commodare.
Mutuo sumere, mutuari, mutuum vel mutuas pecunias sumere, accipere.

Nepos ex fratre, ex sorore, fratris vel sororis filius.

Oblivioni tradere, dare oblivioni, obliviſci; excidit.

Obnixe

Obnixe rogare, valde, vehementer, magnopere, etiam atque etiam, maiorem in modum rogare, ab aliquo contendere.

Oretenus, memoriter. Oretenus est usque ad os.

Pertinet sive *spectat ad me*, gehört mir zu / meum est. Sed, ad salutem tuam pertinet, &, consilia ad bellum spectant, recte dicitur.

Pomum, Apffel / malum. Pomum est nomen generale molliorum fructuum.

Pro & contra, in utramque partem.

Personarum acceptionem habere, discrimen seu respectum personarum habere, seu facere.

Prætendere, postulare, sibi tribuere ac vindicare. Sed segeti prætendere sepem, Latine dicitur.

Prætensio, ius, aliquid iuris.

Processio, longus procedentium ordo.

Promovere, absolute de honoribus: promovere in ampliorem gradum, in amplissimum ordinem, ad ampliora officia.

Pœnitentiam agere, resipiscere, ad frugem redire, vitia virtutibus emendare. Sed rei alicuius pœnitentiam agere, recte dicitur.

Peccatum originale, labes insita, sive innata.

Præsumit sibi hoc, sibi hoc arrogat, tribuit.

Processus, disceptatio, lis.

Proximus, rectius quivis alius.

Pro tempore, hoc tempore: pro tempore, est pro conditione temporis.

Purus grammaticus, rectius, merus: nam purus proprie est non maculatus.

Quicquid sit, dem sey wie ihm wolle / quoquo modo se illud habeat, utcunque se res habeat.

Quoad corpus, usitatius secundum corpus, quod attinet ad corpus.

Rebus sic stantibus, rebus ita habentibus.

Saltem, nur / tantum. *Saltem*, significat minimum, zum wenigsten.

Secularis, weltlich / profanus.

Sollicitus, in prosa rectius solicitus.

Seducere, verführen / decipere, ad malum impellere. Seducere est seorsum ducere.

Septimana, hebdomas. *Sine omni*, sine ullo v. g. dubio.

Verba ita sonant, so lauten sie / verba se ita habent. Sonare idem est ac significare.

Stipendiarius, beneficiarius, qui stipendium accipit. Stipendiarius is est, qui solvit stipendium.

Subditus principis, subditus sive subiectus principi.

Suspensus ab officio, munere ad tempus submotus, sive abstinere iussus.

Tenetur hoc facere, debet hoc facere.

Tenor

Tenor epistolæ, argumentum.
Terminus, vox, vocabulum.
Textus, melius, verba auctoris.
Tribulare, *tribulatio*, affligere, afflictio. Tribulare proprie est tribulo comminuere, seu tribulis exterere.
Trivialis schola, schola minor, classica, pædagogium.

VErbotenus, ad verbum, memoriter; verbotenus est secundum verba, den Worten nach.
Vergit in honorem Dei, cedit in honorem Dei.
Unio, coniunctio, concordia.
Vocatio, munus divinitus delegatum.
Votum, suffragium, sententia. Veteribus erat promissio Deo facta.
Ut &, wie auch / &, ac, atque, item, itemque, nec non.

CAP. VIII.
De
VARIIS LATINAE LINGVAE AETATIBVS.

§. I.

ROmanorum lingua eadem fere fata est experta, quæ ipsorum imperium. Nam uti hoc ab exiguis initiis ad sum-

summum amplitudinis ac dignitatis fastigium excrevit, ab hoc autem paulatim ita declinavit, ut, a barbaris gentibus tandem in præceps actum, tantum non plane corrueret: sic sermo Romanus, deposita ruditate ac rusticitate sua, temporis progressu ad summum puritatis, nitoris ac elegantiæ gradum pervenit: quem cum aliquamdiu servasset, sensim degeneravit, adeo, ut tandem, barbaris populis Italiæ infusis, & ipse fieret barbarus, seu pro habitu suo nativo peregrinum & indecentem induerer.

§. II. Et cum imperium Romanum non incommode consideretur ut homo (vid. Flor. in L. I. Proleg.) qui ab infantia, per certos ætatum gradus, ad virilem ac consistentem maturitatem progressus, ab hac pedetentim ad senium declinat; viri docti per eandem metaphoram diversas Latinæ linguæ ætates tribuerunt; nimirum *infantiam*, cum subsequente *adolescentia*, *robur virile*, *senium vegetum* ac *ætatem decrepitam*, quæ ad infantiæ suæ sortem rediit, perdurantem ad renascentes usque litteras, seu ad vigorem ætatis restitutum.

§. III. Huc accedit nova diversitatis, quam Latinitas subiit, imago, a colosso τετραμετάλλῳ desumta; secundum quam indoles, seu natura, eius alia dicitur *aurea*, alia *argentea*, alia *ænea*, alia *ferrea*, fictili mixta. Iam si utramque imaginem coniungamus, habemus *ætatem*

tem Latinæ lingvæ *auream*, *argenteam*, *aneam*, *ferream*. De singulis seorsum.

Membrum I.

De

AETATE AVREA.

§. I.

HÆc ætas incepit a bello Punico secundo, hoc est, A. U. C. 536. desiit cum Octavio Augusto, sive A. U. C. 767. post Christum natum 14. & duravit circiter annos 230. Ante hæc tempora lingua Latina in infantia & adolescentia sua rudior fuit atque agrestior; suam vero rusticitatem opera *Livii Andronici*, *Nævii*, *Ennii*, *Cæcilii*, *Pacuvii*, *Attii*, *Afranii*, *Lucilii*, *Catonis*, *Plauti*, *Terentii*, aliorumque paulatim exuit, & nitescere cœpit.

§. II. Præcipui aureæ ætatis scriptores sunt hi 17. *Plautus*, *Terentius*, *Varro*, *Lucretius*, *Cicero*, *Cæsar*, *Nepos*, *Virgilius*, *Horatius*, *Ovidius*, *Livius*, *Sallustius*, *Catullus*, *Tibullus*, *Propertius*, *Manilius*, *Vitruvius*.

§. III. *M. Accii Plauti*, comici, dictio est nativa, seu plana ac incorrupta, item iucunda ac sententiosa, adeoque imitatione haud indigna: sed abstinendum ab eius archaismis, vocibusque risui captando fictis, ac scurrilibus

libus iocis, componendique ac inflectendi licentia. In servorum enim personis, aliisque plebeii ordinis hominibus, lutulenta plerumque eius fluit oratio; sicuti τὸ πρέπον postulasse videtur.

§. IV. In *P. Terentio*, si pauca obsoleta excipias, stilus est non solum nativus ac simplex, sed etiam Plautino purior ac comtior, simul vero nugacissimus, ac non raro obscœnus. Qui scriptor quam sapienter ac utiliter adolescentibus prælegatur, aut commendetur, facile liquet.

§. V. *M. Ter. Varronis* sermo est proprius, planus, nec incultus. Præter fragmenta quædam libri tres de re rustica, & sex de lingua Latina e scriptis eius supersunt.

§. VI. *F. Lucretii Cari dictio* pura quidem est & castigata, sed tamen, ob inspersos archaismos, numerique asperitatem, pro illorum temporum genio duriuscula.

§. VII. *M. T. Cicero*, Romanæ eloquentiæ caput ac princeps, stilo usus est optimo, utpote in quo nativa & incorrupta integritas cum summa venustate ac copia certat. Unde Ciceronis lectione & imitatione tersæ ac emendatissimæ Latinitatis studiosis merito nihil esto prius ac posterius. Quo enim scriptores alii absuere ab hoc propius, eo sunt meliores; eo autem deteriores, quo longius.

§. VIII. *C. Iul. Cæsar* rerum suarum commenta-

mentarios reliquit, in quibus omnia sunt plana, nativa, tersa ac gravia, ipsaque sua nuditate, quæsiti cultus experte, ornata.

§. IX. *Corn. Nepotis* dictione nihil universa antiquitas in stilo historico habet purius, castigatius, ac simplicius. Neque sua nativæ simplicitati elegantia deest.

§. X. *P. Virgilii Maronis* character in Bucolicis simplicior, in Georgicis floridior cultiorque, in Aeneide sublimis seu magnificus est ac copiosus. Et quia res verbis æquat, actiones tardas gravesque lento spondeo, incitatas autem celeri dactylo, quasi ad vivum exprimit & repræsentat.

§. XI. Ut Latinorum poetarum princeps suis meritis in heroico carminis genere est *Virgilius*; sic eandem sibi in lyricis laudem vindicat *Qu. Horatius Flaccus*: sermones eius & epistolæ, uti & ea, quæ de arte poetica tradit, non phrasi tantum meditata ac lectissima, sed etiam gravissimis sapientiæ præceptis, abundant; numero autem nativoque & suavi flumine non item. Ceterum fœdissimus fuit Epicuri de grege porcus, ac obscœnus canis, lectione in multis indignissimus.

§. XII. *Ovidius Naso* est poeta nativo, neque minus puro ac eleganti, metri flumine reliquos omnes vincens, nimirum in elegiaco carmi-

carminis genere: in epico seu heroico Virgilio est inferior. Sed in libris Her & Amor. est impuri sensus; ob quem illi flammam potius, quam lectionem merentur.

§. XIII. *Titus Livius*, Romanæ historiæ scriptor politissimus, a lactea ubertate, seu ab amœna ac profluente dictionis copia, præcipue est commendabilis.

§. XIV. C. *Sallustius Crispus* usus est conciso, abrupto & elaborato dicendi genere, paucis subacto cum iudicio multa complexus: sensus in eo sunt graves, generosiore animi impetu concitati; sententiæ autem non raro amputatæ, non inconcinnæ tamen, & verba ante lectoris expectationem cadentia; qui character attentionem & postulat & acuit, animum non iniucunde suspensum tenens. In archaismis autem imitandus non est.

§. XV. *Catullus*, *Tibullus*, *Propertius*, poetæ sunt tersi ac nitidi; sed dictione, quam argumento, castiores, ideoque auribus atque oculis Christianis indigni.

§. XVI. *M. Manilius* poeta dictionem habet satis puram, nativam, facilem, seu sponte profluentem, nec anxie conquisitam, in argumento astronomico haud infeliciter tentatam.

§. XVII. *Vitruvius Pollio*, architecturæ scriptor, dicendi genere usus est humili, puro tamen & probe Romano.

Mem-

Membrum II.

De

AETATE ARGENTEA.

§. I.

ARgentea Latinitatis ætas ab obitu Augusti, sive A. P. C. N. XIV. usque ad excessum Traiani, sive ad A. C. CXVII. extensa, per centum circiter annos viguit. In hac Latina lingua nativam integritatis suæ laudem ita retinuit, ut tamen cum ex ingeniorum morumque vitio, tum e commercio cum peregrinis frequentiori, non nihil peregrinitatis labentisque senii contraheret.

§. II. Nobiliores huius ætatis scriptores sunt: *Phædrus*, *Curtius*, *Velleius Paterc.* *Val. Maximus*, *Corn. Celsus*, *Mela*, *Columella*, *Palladius*, *Seneca*, *Lucanus*, *Persius*, *Asconius*, *Plinius uterque*, *Quintilianus*, *Silius*, *Val. Flaccus*, *Martialis*, *Iuvenalis*, *Statius*, *Tacitus*, *Frontinus*, *Svetonius*. Huc ob dictionis cultum ex inferiore ætate referendus est *Florus*, item *Iustinus*, *Petronius Arbiter*, *A. Gellius*.

§. III. *Phædrus*, perversos seculi sui mores notaturus, fabulas Æsopicas iambico carminis genere expressit. Dictio eius amœna est, lecta & probe Latina, seu aurea.

§. IV. *Q. Curtii Rufi* oratio Augusteo ævo

dignisſima eſt: terſa enim eſt atque nativa, arguta, inaffectata, lectisſima, in qua nec *Scioppius*, quod caſtigaret, invenit. Lactea illi, non ſecus ac Livio, eloquentiæ ubertas, ſententiæ graves, temperatæ, luculentæ; digreſſiones opportunæ, orationes comtiſſimæ; inprimis in locorum deſcriptione eſt admirabilis.

§. V. *Velleius Paterculus*, ſummus laudandi ac vituperandi artifex, dictionem habet ingenioſam, nativam, amœnam, caſtigatam, ſubinde aptis epiphonematibus quaſi conditam.

§. VI. *Valerius Maximus*, ſcriptor melioris ævi, quam ſermonis, nimio ſæpe tumore inſurgit, & ſententias magno verborum ſtrepitu circumloquitur. Orationis nitori & flumini quod deeſt, gravitate rerumque varietate aliquo modo compenſat.

§. VII. *Cornelius Celſus*, Latinorum Hippocrates, ſeu Medicorum Cicero, dictionem habet emendatisſimam; *Pomponius Mela* puram, concinnam, planam, & argumento de ſitu orbis idoneam; *Columella*, rei ruſticæ ſcriptor, nativam, cultam, nec elegantibus ſententiis deſtitutam; *Palladius*, ſatis puram, preſſam, nec indiſertam; *Aſconius Pedianus* adſtrictam, facilem; *Frontinus* non invenuſtam quidem, ſed humilem.

§. VIII.

§. VIII. *L. Annæi Senecæ*, Philosophi Stoici, iudicium fuit acerrimum, animus virtuti deditissimus; oratio pura, concinna, acuta, incitata, concisa gravis, sententiarum pondere & argumentorum vi magnifica; nec non ipsa brevitate copiosa ac locuples, quæ eundem sensum non sine singulari gratia subinde aliis atque aliis verbis modisque exprimit. In Tragico dicendi genere generosus est ac sublimis. Huius parens, *M. Annæus Seneca* Rhetor, sermonem habet nitidum, concisum, gravem, iudicii acumine plurimis in locis perpolitum.

§. IX. *Plinii Secundi*, historiæ naturalis scriptoris, stilus est castigatus, lectus, disertus. *Plinius Iunior in Epistolis* est sine affectatione elegans, tersus, nitidus, concisus, perspicuus; In *Panegyrico Traiani* pressus & simul magnificus.

§. X. *M. Fabius Quintilianus*, Rhetor & institutionum oratoriarum auctor, est eruditus, præceptis exemplisque, oratori ad Latini sermonis facultatem rerumque copiam utilissimis, abundans, dictione disertus ac politissimus. Aureum est Quintiliani monitum, quo declarat, *fugiendum esse vitiosum & corruptum dicendi genus, quod aut verborum licentia resultat, aut puerilibus sententiis lascivit, aut tumore*

immodico turgescit, aut inanibus locis bacchatur, aut casuris, si leviter excutiantur, flosculis nitet, aut specie libertatis insanit.

§. XI. *C. Cornelii Taciti* stilus est generosus, acutus, concisus, incitatus, & fere nimis elaboratus, non raro sensu, quam verbis, profundior.

§. XII. *L. Annæus Florus* comto quidem & arguto utitur stilo, sed non satis nativo ac proprio, Poeta, si versus scripsisset, melior, quam historicus.

§. XIII. *Svetonius Tranquillus* in XII. Cæsarum priorum vitis describendis, vitiisque notandis, felix, concisus, acutus nec inelegans, antiquitatis plenus, adeoque intellectu difficillimus, in excutiendis flagitiorum minutiis nimis sedulus, ideoque castis auribus gravis.

§. XIV. *Iustinus* historicus est tersus, cultus, facilis, adstrictus; interdum æneæ ætatis, quam vivendo attigit, fæcibus inquinatus, ubi potius dictionem seculi sui, quam Troii Pompeii, qui aureæ ætatis scriptor fuerat, & cuius epitomen exhibet, secutus videtur.

§. XV. *Petronius Arbiter*, ingeniosus flagitiorum

tiorum magister, & impurissimus puræ Latinitatis auctor; si res respicias, oblivione dignior, quam lectione.

§. XVI. *A. Gellius* est scriptor criticus, sagax, vocumque antiquarum iudex & censor incorruptus, stilo tamen ex archaismi affectatione non raro duriusculus, ideoque lectione potius, Criticis & Grammaticis præcipue necessaria, quam imitatione, dignus.

§. XVII. Argenteæ ætatis poetæ, præter Phædrum & Senecam Tragicum, ante laudatos, præcipui hi fuere:

M. Annæus Lucanus, poeta dictione ardens & concitatus, sententiis abundans, sed nec tumore vacuus.

A. Persius est satyricus elegantissimus, ac vitiorum censor acris & sententiosus,

Valerius Flaccus, carmine epico docto, gravi, acuto, sed non ubique satis limato, clarus.

Silius Italicus, scriptor belli Punici secundi, gravis & copiosus, industria in conquirendo carminis nitore, quam ingenio, melior.

M. Valerius Martialis, epigrammatum auctor non minus obscœnus, quam ingeniosus cultusque.

Iunius Iuvenalis, satyrarum scriptor acerrimus, acumine plenus; non raro autem in censendis vitiis turpis.

Statius, stilo utitur eleganti, concitato, sublimi, sed non ubique satis nativo ac puro.

Membrum III. & IV.

De AETATE AENEA ET FERREA.

§. I.

Hæc Romanæ Linguæ ætas tria circiter secula complet, utpote quæ ab obitu Traiani, qui in annum Christi CXVII. incidit, seu ab Hadriano, litterato quidem, sed in litteratos iniquiore, usque ad Honorium, quo imperante A. P. C. N. CCCCX. Gothi Romam expugnarunt, porrigitur. In hoc, neglectis litterarum studiis, nec non peregrinorum moribus vocibusque audacius assumtis, priscæ Latinitatis vigor paulatim ita defecit, ut e senio in ætatem decrepitam, immo quasi in exilium, abiret.

§. II. Non unius autem generis sunt huius ætatis auctores. Alii enim in flectendis vocibus, totaque sermonis structura & phra-

seolo-

seologia fuere audaciores : alii pristinæ integritatis servantiores, v. g. *Lactantius*, *Minutius Felix*, *Hieronymus*, & e Poetis *Claudianus* ac *Prudentius*, cum nonnullis Grammaticis.

§. III. Inter æneos eminent sequentes : *Apicius*, *Solinus*, *Apuleius*, *historiæ Augustæ scriptores*, (*Aetius Spartianus*, *Iulius Capitolinus*, *Aetius Lampridius*, *Vulcatius Gallicanius*, *Trebellius Pollio*, *Flavius Vopiscus*,) *Tertullianus*, *Arnobius*, *Marcellinus*, *Symmachus*, *Vegetius*, *Lactantius*, *Minutius Felix*, *Macrobius*, *Cyprianus*, *Ulpianus* cum ICtis veteribus, *Censorinus*, *Hilarius*, *Prudentius*, *Iuvencus*, *Claudianus*, *Ausonius*, *Aurelius Victor*, *Servius*, *Ambrosius*, *Hieronymus*, *Sulpitius Severus*, *Augustinus*. Huc ex parte refer Grammaticos veteres, quos Putschius coniunctim edidit.

§. IV. Ab initio quinti seculi Christiani usque ad instauratas litteras, ætas ferrea, fictili mixta, extenditur, atque ita mille propemodum annos complet, qua Latina lingua a pristino nitore suo magis magisque degeneravit, barbaro plane habitu assumto.

§. V. Nobiliores huius ætatis scriptores præcipue hi sunt : *Orosius*, *Prosper Aquitanicus*, *Sedulius*, *Sidonius*, *Salvianus*, *Boethius*, *Fulgentius*, *Cassiodorus*, *Priscianus*, *Iustinianus*,

Gregorius Magnus, *Isidorus*, *Beda*, *Rabanus*, alii. Horum vero quidam adhuc satis Latine, nec invenuste, scripserunt, stilo, quam seculo, meliores.

§. VI. Post longam noctem tandem bonis litteris aurora, orituræ lucis nuncia, rediit sub initium seculi XV. *Francisci Petrarchæ*, *Immani*, *Chrysolaræ*, aliorumque opera: auroram mox insecuta est alma dies, ipso etiam restituto Evangelii sole exsplendescens. A quo tempore inde ad nostra non defuisse, qui saltem argenteum dictionis fastigium ac gloriam sint assecuti, manifestum est. Singulari autem ornamento fuit primis sacrorum instauratoribus tersæ & nativæ Latinitatis studium. Conf. Med. Mentis Hist. Philosoph. Period. VI. p. 223. seqv.



Insti-

Institutionum Stili

APPENDIX PRIOR,

selecta,

Latini Sermonis

ADAGIA

in compendio exhibens.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn813608325/phys_0141
DFG

ADAGIA BREVIORA.

A Capite ad calcem.
Ab ovo ad mala.
A carceribus usque ad metas.
Ab Aboriginum seculo.
Ab Evandri matre repetitum.
Arcessitum malum.
Accipiter pecuniarum.
Acerba fratrum bella.
Acerbior vespa.
Acetum vini proles.
Achille animosior.
Actum est.
Acurem tangere.
Ad calculos aliquid vocare.
Adamante durior.
Ad clepsydram dicere.
Ad frugem redire (se recipere.)
Ad calendas Græcas.
Ad umbilicum perducere.
Ad restim res rediit.
Ad vinum diserti.
Ad vivum resecare.
Ad utrumque paratus.
Adonidis horti.
Ægri somnia.
Æthiops non dealbescit.
Æthiopem lavas.
Ætna æstuantior.
Agitare cœnum.
Alas addere alicui.
Alea extrema.
Alea iacta est.
Alno procerior.
Alter Hercules.
Alter Æsopus.
Amarior ipsa bile.
Amycleum silentium.
Anticyras navigare.
Angvilla lubricus magis. An-

Ancora sacra.
Animum debere.
Ansam præbere, accipere.
Antiquum obtinet.
Aqua & igni interdicere.
Aquilæ senectus.
Arabum gazæ.
Arcadicum pecus.
Arare littus.
Arcade stolidior. +
Arena sine calce.
Archimedeum problema.
Argum fallere.
Aridior pumice.
Ariadnæum filum.
Aristide incorruptior.
Ars census.
Arundinea crura.
Asinus (lepus) in pelle leonis.
Asinus ad lyram.
Athenas noctuas (ferre.)
Attalicæ conditiones (opes.)
Athleta robustior.
Attica bellaria.
Attica eloquentia.
Audentes fortuna iuvat.
Aves concolores.
Augiæ stabulum.
Aureæ compedes.
Aurem vellere.
Auris Bœotica, supina.
Auribus alicuius dare. +
Aurum subæratam.
Aureos montes polliceri.

BEllerophontis litteræ.
Bipedum nequissimus.
Bis ac ter, quod pulchrum.
Bis dat, qui cito dat.
Bis pueri senes.
Bœoticum ingenium. +
Bos in lingua.
Bracteata felicitas.
Bruta fulmina.
Bullatæ nugæ.
Bysfina verba.

CÆcus de coloribus.
Callum obducere.
Caligare in sole.
Calamitas nulla sola.
Calcar addere.

Calcu-

Calculum reducere. +
Camelus saltat.
Cancros edere.
Cane adulantior vel rixosior.
Canina facundia.
Canis e Nilo. +
Cappadocium portentum. +
Capularis senex.
Caput sine lingua. +
Caucaso durior.
Caudice stolidior.
Carbone aliquem notare.
Cardine versatilior.
Cedro dignum.
Censoria gravitas.
Censoria virgula notare.
Censorium supercilium.
Centones farcire.
Cervinus vir.
Cervina senectus.
Charybde voracior.
Cicatricem refricare.
Cimmeriæ tenebræ.
Circæum poculum.
Clavum clavo pellere.
Clivo sudare in uno.
Crambe recocta.
Clitellarius homo.
Cothurno versatilior.
Coronidem imponere.
Colophonem rei addere.
Cochleæ vitam agere.
Commatis eiusdem.
Crœsi opes.
Crocodili lacrymæ.
Cumanus asinus.
Cœlum digito attingere.
Columba mitior.
Cornicum oculos configere.
Cretensi mendacior. +
Cortice levior.
Cote durior.
Cribro aquam haurire.
Cyclopicum monstrum.
Cyclope immanior.
Cyclopica vita.
Cygnea cantio.

DAre manus.
Dædala tellus.

Dæda-

Dædaleum remigium.
Dædalo ingeniosior.
Davus sum, non Oedipus.
De lana caprina.
De alieno liberalis.
Dedi malum & accepi.
De facie nosse.
Democriti risus.
Demosthene facundior.
† Dentata charta.
† Dente Theonino rodere.
Decipienti semel.
Dicis causa.
Dicendo dicere discunt.
Dictum, factum.
Dolium pertusum.
Dolio pertuso incontinentior.
† Domi leones.
Dormire non omnibus.
Draconis leges.
Dubia cœna.
Duræ cervicis est.
Duri oris homo.

ECHino asperior.

Effrena, effrenata iuventus.
Electro pellucidior.
Eodem in ludo doctus.
Equo indomito ferociot.
Euripo inconstantior.
Exul mentis.
Extra oleas ferri.
Ex hara productus.
Ex tripode dictum.
Ex asse hæres.

FAba in te cudetur.
Fabri fabrilia tractant.
Fabula nunc ille est.
Faciem perfricare.
Fames Saguntina.
Fames multa docet.
Farinæ eiusdem. †
Fas & iura sinunt.
Fasces sunt fasces.
Fastus maior censu.
Fata manent omnes.
Fastidii delicatissimi homo.
Fele rapacior. †
Ferire aerem.

Ficul.

Ficulnum argumentum.
Ficulneum præsidium.
Fides Græca vel Punica.
Fides penes auctorem.
Friget opus.
Frontem amisit.
Frontem perfricare.
Perfrictæ frontis homo.
Fumum vendere.
Fundum alienum arare.
Fungus putidus.
Furtivæ operæ.

GAllinæ albæ filius.
Gerræ Siculæ.
Getis truculentior.
Gladius Delphicus.
Gladiatorius animus.
Gladio suo iugulari.
Glaucoma obiicere.
Glire somnolentior.
+ Gnathone adulantior.
Graculo loquacior.
Grillo stolidior.
Gygis annulus.

HAbet.
Helleboro eget.
Hæret in vado.
Hannibal ad portam.
Hastæ subiicere.
Hastam abiicere.
Hastis argenteis pugnare.
Herbam porrigere.
Herostrato ambitiosior. +
Hirundinum musea.
Hic Rhodus, hic salta.
Hirco libidinosior.
Hinc illæ lacrymæ.
Homo trium litterarum.
Homo bulla.
Homo omnium horarum.
Homo homini lupus.
Hostia succedanea.

ILlotis manibus attingere.
Ilias malorum.
In ære meo est.
In arenam descendere.
In aere piscari.
Incudi reddere.

In-

† Intemperiis agitari.
Inter incudem & malleum.
Inter os & offam.
Ionicæ choreæ.
Ionica verba.
Ira deferbuit.
Iracundior Adria.
Iro pauperior.
Isthmum perfodere.
Labor Herculeus.
Labyrintho intricatior.
Laconica scriptio.
Lacunam implere.
Lana mollior.
Lanei pedes Dei.
Lapidem movere omnem.
Lapis Lydius.
Laterna magis pellucidus.
Lepore timidior.
† Lenone periurus magis.
Lerna malorum.
Lesbia regula.
Lesbius cantor.
Levius foliis.
Limam rei addere.
Limatum & politum iudicium. †
Lingua vulpina.
Locuples testis.
Luce magis dilectus.
Luscinia vocalior.
Lutum luto purgare.
Lynceo perspicacior.

Manlianum imperium.
Marte pugnacior.
Martis pullus.
Melle dulcior.
Mendacia non cohærent.
Mensæ Persicæ vel Siculæ.
Milite glorioſior.
Minerva doctior. †
Momo satisfacere.
Momo ipso mordacior. †
Monstra narrare.
Monstro quovis monstrosior.
Morbo laboramus eodem.
Muliere loquacior.
Myconius conviva.

Nasus

NAsus Atticus.
Nasum tuum novi.
Naris emunctæ homo.
Ne quid suo suat capiti.
Ne per somnium quidem.
Ne quid nimis.
Ne sutor ultra crepidam.
Nebulas diverberare.
Nervos omnes intendere.
Nestoris senectus.
+Nequitia nequior.
Nive candidior.
Nodus Gordius.
Nuces relinquere.
Nullius numeri homo.

OCuli lyncei.
Oculi pumicei.
Oculi emisitii.
Oculis carior.
Olere hircum.
Oleo tranquillior.
Ollaris amicus.
Orbilio plagosior.
Os alicui sublinere.
Ovum ovo vix similius.
Ovo prognatus eodem.

PAlmarium dictum.
Palinodiam canere.
Panis lapidosus.
Panicus terror.
Passere salacior.
Pavonis more rotari.
Peste quavis pestilentior.
Pernicior vento.
Phalaride crudelior.
Per transennam inspicere.
Piacularis victima.
Pistillo retusius ingenium.
Pollicem alicui premere.
Pœno perfidior.
Principium fervet.
Pro aris & focis. certare.
Propria laus sordet.
Prora & puppis.
Platonicis numeris obscurius.
Plumbeæ iræ.
Plumbeum ingenium.
Proteo mutabilior.

Pupilla oculi carior.
+ Pygmeo brevior.
QVæ non posuisti, ne tollas.
Quæ super nos, nihil ad nos.
Qualis rex, talis grex.
Qualis vir, talis oratio.
Quid si cœlum ruat.
Quid ad farinas.
Qui domi compluitur.
Quicquid in buccam venerit.
Quid cæco cum speculo?
Quis aberret a ianua?
Quocunque pedes ferent.
RAmento levior.
Rana Seriphia.
Remis velisque.
Risus Ionicus.
Rotundo ore loqui.
Rubo arido præfractior.
Rusco horridior.
SAginatus porcus.
Salem lingere.
Sales dentati.
Sceptra pædagogorũ.
Scopæ dissolutæ.
Scutum abiicere.
Scytha asperior.
Scythicis moribus vivere.
Sicula aula.
Siculæ vesperæ.
Siculis gerris vaniora.
Silice durior.
Sine cortice natare.
Sirenum cantus.
Sireneus scopulus.
Sole clarior.
Sophocleus cothurnus.
Spina distortior.
Spongia bibacior. +
Sphingem præstare.
Sphinge involutior.
Sphingis ænigmata dissolvere.
Stentorea vox.
Stentore clamosior.
Suboluit mihi.
Sus Minervam (docet.)
Sybaritica mensa.
Sybaritici sermones.
Sybarita per plateas. +
Sybarita

Sybarita fastuosior.+
Syllanus morbus.
TAngere ulcus.
Talitro percutere.
Talpa cæcior.
Telam texere, pertexere.
Testudine tardior.
Thaide blandior.
Thebano sub aere natus.
Thersite deformior.
+Thrasone glorioſior.
Tipula levior.
Trocho versatilior.
Trutina iustior.
Turture loquacior.
VAtinianum odium.
Ubi bene est, ibi patria est.
Verba Thrasonica.
Ubi timor, ibi pudor.
Vela vertere.
Velle parum est.
Vento instabilior.
Ventis tradere.+
Vertumno inconstantior.
Versuram facere.
Visco manus tingere.
Vitro fragilior.
Ulysseum commentum.
Ulcus tangere.
Ungues rodere.
Urso hispidior.+
Ut ameris, amabilis esto.
Vulpe fraudulentior.
Vulture rapacior.
Uvis passis aridior.
ZOilum imitari.

ADAGIA LONGIORA.

ACane muto & aqua silente cave.
Aceto aliquem perfundere.
Aculeos relinquere in animo.
Adversus solem ne loquitor.

Adulatore & amico nemo eodem utitur.
Ædibus in propriis canis est mordacior omnis.
Ætatem loquitur hirundo.
Agros alienos irrigas, tuis sitientibus.
Album calculum addere alicui.
Alia res sceptrum, alia plectrum.
Altera manu fert lapidem, panem ostendit altera.
Alterius non sit, qui suus esse potest.
Ama, tanquam osurus.
Amantium ira amoris redintegratio est.
Amor & tussis non celantur.
Amyclas silentium perdidit.
Andabatarum more pugnare.
Animus æquus optimum ærumnæ condimentum.
Angvem fovere in sinu.
Angvillam cauda tenere.
Angvilla est, elabitur.
Angve peius & cane odisse.
Apinæ tricæque & si quid vilius istis.
Aquam e pumice haurire.
Aqua cum igne prius redibit in gratiam.
Aquila non captat muscas.
Arbore deiecta quilibet ligna colligit.
Arborem veterem transplantare vetamur Græcorum proverbio.
Argutatur totum diem, ut cicada.
Appiana pertinacia.

Arcus

Arcus nimium intentus rumpitur.
Aristarchi obeliscis notari.
Asino stramentum, non aurum.
Asperius nihil est humili, cum surgit in altum.
Astutam vapido servus gestat sub pectore vulpem. Persius.
Auro pulsa fides, auro venalia iura.
Auro pollente nihil pollet quævis oratio.
Aurea ne credas, quæcunque nitescere cernis.

BAlbus balbum rectius intelligit.
Barba non facit philosophum.
Bellum dulce inexpertis.
Bene natis turpe male vivere.
Bene est cui Deus parca, quod satis est, obtulit manu. Horat.
Bibere more Græco.
Bolum eripere e faucibus.
Bonæ leges ex malis moribus.
Boni pastoris est, tondere pecus, non deglubere.
Bonus dux bonum reddit comitem.

CAlceatus inter spinas ambula.
Calceum eundem omni induere pedi.
Canerum lepori comparare.
Carpet citius aliquis, quam imitabitur.
Canis vetulus non adsvescit loro.
Canibus ossa prodere.

Caput cerebro vacuum.
Cardo rei in hoc vertitur.
Ceram auribus obdere.
Cervus ad ſagittam properat.
Cibi condimentum fames.
Clavam Herculi extorquere.
Contra ſtimulum calces (iactare) vel calcitrare.
Cœcutiunt etiam lyncei.
Corycæis omnia ſunt plena.
Colo quod aptaſti, tibi nendum.
Cornu ferit ille, caveto.
Corticem arrodit, nucleum non lædit.
Corvum illuſit hiantem.
Credat Iudæus apella.
Cum ferrum candet, cudere quemque decet.
Cura eſſe, quod audis.

DAmonis & Pythiæ amicitia.
Decumani malorum fluctus.
De tuo ludetur corio.
De alliis loquenti reſpondes de cepis.
Diæta bona potior omni Hippocrate.
Difficilia, quæ pulchra.
Digitum transverſum non diſcedere.
Dignum patella operculum.
Dives aut iniquus eſt, aut iniqui hæres.

Dives

Dives factus fastidit lentem.
Domi suæ quilibet rex.
Duo cum faciunt idem, non est idem.
Duos parietes de eadem fidelia dealbare.
Durum telum necessitas.

EAdem chorda oberrare.
Eadem pensari trutina.
Eandem tundere incudem.
Eandem chlamidem vento omni obvertere.
E flamma cibum petere.
E diametro esse oppositа (distare.)
Ex se finxit, velut aranea.
E cantu dignoscitur avis.
E terra spectare naufragium.
Ex adspectu nascitur amor.
Ex eodem ore calidum & frigidum efflare.
Ex arena funiculum nectis.
Ex syngrapha agere.
Extremis digitis attingere.
Extra lutum pedes habes.
Extra telorum iactum.
Elephantum e musca facere.
Elephantina olfacere promuscide.
Emere malo, quam rogare.
Erranti medicina confessio.
Esca malorum voluptas.
Evitata charybdi in scyllam incidi.

FAcies tua computat annos.
Facem alicui addere ad libidinem.
Fæcem bibat, qui vinum bibit.
Falcem mittere in alienam messem.
Facile cum valemus recta consilia ægrotis damus.
Famelicus non interpellandus.
Fenestram ad nequitiam alicui aperire.
Feras, non culpes, quod mutari non potest.
Ferulæ manum subducere.
Figulus figulo invidet.
Fistula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.
Flamma fumo proxima.
Fomes vitiorum luxuria.
Fors domina campi.
Fortes creantur fortibus.
Frangere oportet nucem, qui nucleum vult esse.
Fronti nulla fides.
Fugiens fumum in ignem incidi.
Fungus illi pro cerebro est.

GAudium dolori iunctum.
Genium suum defraudare.
Glaciei unius noctis fidere.
Gladiator in arena consilium capit.
Gladiatorio animo invadere.
Graculus graculo assidet.

Gratia

Gratia seneſcit cito, cumque ipſa flore decidit.
Gryphes equis iungere.
HAnc technam in te ipſum ſtruxiſti.
Hæſitantia cantoris tuſſis.
Heroum filii noxæ.
Hortus altera ſuccidia.

IAnua animi frons.
Ignavum fuci pecus.
Ignem admovere fomiti.
Iliacos intra muros peccatur, & extra.
Interſtrepit anſer olores.
In utramvis aurem dormire.
In morem octipedis procedunt omnia cancri.
In ſylvam ligna ferre.
Invia virtuti nulla eſt via.
Invitis canibus venari.
In aurea vagina plumbeus gladius.
Inter calicem ſupremaque labra.
In alieno foro litigare.
In eodem luto hæſitas.
Ira peſſimus conſultor.
Iram in promtu gerere.
Iuxta fluvium puteum fodere.

IAbiis extremis guſtare.
Labor ſenectuti optimum obſonium.

Lactari vana spe.
Lapides loqueris, cerebrum mihi excutiunt.
Latrantem stomachum lenire.
Leoni mortuo etiam lepores insultant.
Lepus tute es, & pulpamentum quæris.
Lignum tortum haud unquam rectum.
Limine insalutato in aliquid irrumpere.
Lineam longam ex se facere.
Lippis & tonsoribus notum est.
Lucernam in meridie exhibere.
Lucerna qui egent, infundunt oleum.
Lucri bonus odor ex re qualibet.
Lupercum se exhibuit.
Lupus numerum non curat.
Lupus pilos mutat, non animum.
Luscinia non canit in cavea.

MAli principii malus finis.
Malum suo iumento sibi accersere.
Manus manum lavat (fricat.)
Mare verborum, gutta rerum.
Marte proprio.
Mendacem oportet esse memorem.
Mercurius non ex quovis ligno fit.
Messem malorum metere.
Metiri se suo modulo ac pede.
Merx ultronea putet.
Mihi istic nec seritur, nec metitur.
Miserior Tantalo.

Mopso

Mopso Nisa datur.
Molam qui vitat, vitet farinam.
Mola salsa litant, qui non habent thura.
Mors ultima linea rerum.
Molli brachio aliquem obiurgare.
Muscas irretit, transmittit aranea vespas.
Mus non uni fidit antro.

NAso adunco aliquem suspendere.
Naturam expellas furca, tamen usque recurrit.
Ne Hercules quidem adversus duos.
Necessitas rationum inventrix.
Ne fumantem nasum ursi tentaveris.
Nihil est ab omni parte beatum.
Nodum in scirpo quærere. *Nestorea autoritas.*
Nos numerus sumus & fruges consumere nati.
Non possunt omnes olere unguenta exotica.
Nubecula est, cito transitura.
Nubes & inania captat.
Nullum non lapidem moliri.

OBex nullus officit, Deo præeunte.
Occasio virtutis calamitas.
Ocream fronti aptare.
Oculatus testis unus pluris, quam decem auriti.
Oculos in occipitio gerit.

Oculis

Oculis magis habenda est fides, quam auribus.
Oleum camino addere.
Oleum & operam perdere.
Oris effrenis finis calamitas.
Oscitante uno oscitat & alter.
Olympionicarum plausus ac præmia.

PAginam utramque facere seu complere.
Palpum obtrudere alicui.
Pardus maculas non deponit.
Patriæ fumus alieno igne est luculentior.
Paupertas est gymnasium virtutis.
Planta, quæ sæpius transfertur, non coalescit.
Plumas video, aves non video.
Plumis alienis vestiri, ut cornicula Æsopica.
Prius testudo leporem præverterit.
Pudor est arx pulchritudinis.

QVæ te bellua ex utero non hominem fudit?
Quam quisque novit artem, in hac se exerceat.
Quatuor obolis non æstimo.
Quem casus sæpe transit, aliquando invenit.
Quid distent æra lupinis.
Quid de pusillis magna proœmia?
Qui, quæ vult, dicit, quæ non vult, audiet.
Qui nimium properat, serius absolvit.

Qui

Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.
Quis filius non formosus matri?
Quibus nec ara, nec fides.
Quo pede cœpisti, sic bene semper eas.
Quod non est opus, asse carum est.
Quod in animo sobrii, id in lingua ebrii.
Quod caret alterna requie, durabile non est.
Quod cito fit, cito perit.
Quod alibi diminutum, exæquatur alibi.
Quod aliis vitio vertis, ipse ne feceris.
Quot capita, tot sensus.
Quo semel est imbuta servat odorem testa diu.
Quo terrarum raperis?
Quo fata trahunt, retrahuntque, sequamur.
Quum adsit via, semitam quæris.
Quum adsit ursus, vestigia quæris.

RAna ex aurea etiam sede in paludem resilit.
Reciprocare eandem serram.
Remum ducat, qui nihil didicit.
Rivulos sectari neglectis fontibus.

SAlino tenui victitare.
Satelles atque administer vitiorum.
Scabies extremum occupat.
Senum consilia iuvenum lanceæ.
Si tibi Christus adest, tibi fiet aranea, murus.

Si

Si tibi Christus abest, tibi murus, aranea fiet.
Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras.
Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescet.
Si vivis Romæ, Romano vivito more.
Sol omnium dierum nondum occidit.
Sorbere & flare difficile.
Strabo (luscus) regnat inter cœcos.
Stat tibi silex in corde.
Stipulæ ignem admovere non tutum.
Surculus tandem fit arbor.

THesaurus carbones erant.
Tollat te, qui non novit.
Tragœdias in nugis agere.
Tua res agitur, paries cum proximus ardet.
Tuis te coloribus pingam.
Tunc canent cygni, cum tacebunt graculi.
Tute hoc intrivisti, tibi exedendum erit.

VElle suum cuique est, nec voto vivitur uno.
Venia primum experienti.
Veritas odium parit.
Veritas est temporis rosa.
Volenti non fit iniuria.
Ut possumus, quando, ut volumus, non licet.
Ut sementem feceris, ita metes.

Insti-

Institutionum Stili
APPENDIX POSTERIOR,
exhibens
Schediasma
De
ELOQVENTIAE,
inprimis
SCHOLASTICAE,
fundamento, subsidiis atque
exercitiis,
olim in usum
Gymnasii Frider. Berol.
editum,
in eoque viva voce & exemplorum copia
illustratum.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn813608325/phys_0163
DFG

CAP. I.
De
ELOQVENTIAE FVNDAMENTO AC NORMA, SAPIENTIA.

§. I.

ELoquentia vera est *sapientiæ instrumentum*, falsa autem, seu fucata, doctæ stultitiæ, sive eruditionis stolidæ.

§. II. Sicut vero nulla instrumentorum notitia est accurata, nullus eorum usus legitimus, sine artis illius, cui ea destinata sunt, peritia: sic non datur vera *eloquentia*, aut ulla veræ eloquentiæ facultas, sine *sapientia*.

§. III. Immo sapientia eloquentiam sustinet, tanquam *basis*; eam gignit, tanquam *mater*; eamque dirigit, ut *norma*. Eloquentia vero *sapientiam* ornat, & in societate humana reddit *vocalem*, h. e. in veri rectique studio ac disciplina operosam.

§. IV. Hac ratione eruditus per *sapientiam* sibi ipsi, per *eloquentiam* aliis quoque sapit, a stultitia ad sapientiam, sive ab erroribus atque vitiis ad veri atque recti notitiam, amorem ac studium, perducendis, aut in eo confirmandis.

§. V. Ex hoc usu cognoscitur iustus veræ eloquentiæ *finis* atque *effectus*, scilicet propagatio ac conservatio sapientiæ: quemadmodum

dum corruptæ eloquentiæ *finis* primarius est *ostentatio*, qua cum errores ac vitia multiplicantur, certe non minuuntur: id quod est stultitiæ proprium.

§. VI. Homo sapiens non eget necessario multis eloquentiæ præceptis, aut operosa ad eloquentiam *institutione*, sed eam, accedente *exercitio*, iam tum nactus est ab ipsa *sapientia*, & cum eadem.

§. VII. *Sapientiam* vero, quæ *eloquentiæ fundamentum* ac *norma* constituitur, talis hic intelligitur, qualem descripsi in libro de *Medicina Mentis*, i. e. quæ non tantum solidam rerum divinarum ac naturalium continet *scientiam*, sed etiam efficaci sanatione suam ægræ menti integritatem restituit.

§. VIII. Ad quam sapientiam qui recto tendit tramite, eadem via simul ad eloquentiam perducitur, tanquam a causa ad effectum. Etenim per sapientiæ solidæque scientiæ leges discit bene cogitare & bene affici; unde non potest non bene loqui: siquidem sermo externus interno sermone, seu cogitationibus atque affectionibus, perficitur atque dirigitur.

§. IX. Unde, qui sapere discit, simul, citra peculiarem disciplinam, oratoriam discit, seu modum inveniendi, disponendi, eloquendi, vocemque ac gestus debita actione moderandi.

§. X. Ad argumentorum quidem *Inventionem* quod attinet, eam suppeditat solida rei, de qua dicendum est, scientia. Quam cum nec tradat, nec tradere possit, oratoria, ideo nec inventionem docet, sed in dicente iam tum supponit; interea vero fallaci inventionis nomine superbit ac tironibus imponit.

§. XI. Nec *Dispositionem* adornat oratoria, sed eam instruit eadem sapientia. Etenim rem cognoscere, est eam per causas & argumenta solide, perspicue, ac ordinate scire. Quo autem ordine aliquid cognosco, eodem etiam digero & dispono. Unde dispositio naturalis ut genuina, sic & optima est. Artificium sapientia non ignorat, sed, quia genuinum non est, non affectat.

§. XII. *Elocutio*, quam sine sapientiæ subsidiis, vivoque affectu, e Rhetorica petit Oratoria, itidem est affectata, ideoque inanis, ingrata ac mortua, quemadmodum absurdi logodædalorum, aut potius psittacorum, soni produnt. Solida autem sapientia, sive animus solida rei notitia instructus, scopique ardore ac sinceritate legitime incensus, emendatos, reique substratæ convenientes, affectus gignit, quorum ardor non potest non vario troporum ac schematum lumine, grataque venustate ac gravitate, se se prodere.

§. XIII.

§. XIII. *Actio* denique, seu vocis, vultusque ac gestus, moderatio omnis histrionica, saltem inepta est ac puerilis, quam non sponte sua emendatus ac vivus gignit affectus, aut sanum sanatæ mentis iudicium.

§. XIV. Ex his, quæ dicta sunt, liquet, dandam esse futuro oratori operam, ut, secundum sapientiæ indolem ac leges, discat *bene*, i. e. recte, ordinate ac solide, *cogitare*, nec non secundum voluntatem atque affectus *bene affici*, quo naturali ductu ac fluxu, citra peculiarem artis affectationem, aut apparatum, possit *bene loqui*.

§. XV. Hac ratione ad eloquentiam non datur saltus, sed via, in se quidem compendiaria, iustis tamen gressibus emetienda; quemadmodum sapientia diuturno usu per varias accessiones perficitur, nec ipsam tamen perfectionem in hac vita attingit. Sed imperfecta etsi est, tamen eloquentiam potest perficere, seu suo modo perfectam reddere.

§. XVI. Quamvis vero sapientia eloquentiam gignat ac dirigat; putandum tamen non est, hanc ideo institutionem nullam admittere; potius præcepta ac subsidia eloquentiæ eo magis sunt genuina, eoque faciliora, quo minus repugnant sapientiæ, sed ab hac suppeditata sunt.

§. XVII. Et quia bene dicendi facultas ra-

ro sine frequentiore usu seu exercitio acquiri, nunquam sane perfici, solet; sapientia etiam *exercitationem* in eloquentiæ studio omnino requirit.

CAP. II.

De

ELOQVENTIAE SVBSIDIIS.

§. I.

PRimarium eloquentiæ subsidium est in *meditatione*, qua inter alia consideramus, quid, quibus argumentis, quo ordine, & qua connexione, dicendum sit. Conf. Med. Ment. P. IV. C. II.

§. II. Ipsa vero meditatio cum sit mentis sanatæ, ac magis magisque sanandæ, operatio, rursus hinc efficitur, totum meditandi negotium, in quantum illud eloquentiæ subsidium est, a sapientiæ studio pendere.

§. III. Subsidium secundarium, respectu tironum, merito collocatur in *Chriologia*, seu in modu conficiendi Chrias, quæ integram orationem conficiendi viam monstrant.

§. IV. *Chria* est multarum periodorum complexus, qui quando χρεία, Chria, dicitur, κατ' ἐξοχὴν

ἐξοχὴν denominatur ab usu, quem eloquentiæ studiosis in conficiendis orationibus præstat. Agendum nunc est seorsum de *Periodo*, *Chria & Oratione*; & quidem secundum principia communia, a Cl. Weisio aliisque expolita, sed tamen a vulgari vanitate remota.

Membrum I.

De

PERIODO.

§. I.

PEriodus est enunciatio, ratione subiecti (ut cum Logicis loquar) & prædicati variis determinationibus amplificata.

§. II. Quas in Logica habet proprietates *enunciatio*, easdem fere in Oratoria habet *periodus*; unde inter alia est vel *simplex*, vel *composita*.

§. III. Periodus *simplex* ratione sensus meris tantum commatibus distinguitur, v. g.

Qui in sapientiæ studio, quod omnium est præstantissimum, recte vult proficere, initium faciat a timore Domini.

§. IV. Periodus *composita* antecedens a consequente per colon aut semicolon distin-

guit; & est præcipue vel *Conditionalis*, vel *Concessiva*. v. g.

Si philosophandi initium a timore Domini ipse fecit Salomo, & cum Salomone sapientissimus quisque; certe etiam nobis in sapientiæ studio eadem capienda erunt primordia.

Etsi ad sapientiam multa dari possunt subsidia ac monita, a sapientiæ cultoribus iam dudum observata; tamen inania erunt omnia, nisi pro fundamento habeant timorem Domini.

§. V. Admittit autem omnis periodus expolitionem quandam, tam in *verbis*, quam in *rebus*.

§. VI. Expolitio verborum subiecto & prædicato varias affert adiectiones, seu utrumque variatis verbis ac modis effert. Huc speciatim pertinet *variatio substantivorum* per casus, ac *verborum* per tempora; nec non generatim *permutatio*, quæ fit per *synonyma & contraria*. Conf. *Erasm. de Copia Rerum & Verborum*.

§. VII. Expolitio ipsius rei consistit in iusta subiecti & prædicati *probatione*, *illustratione & amplificatione*. Etenim quæ in Chria, ut paulo post percipiemus, tractantur fusius per plurium periodorum cursum, hic in unam periodum contracta considerantur.

§. VIII. *Probatio* versatur in subiecti & prædicati connexione Logica, seu ætiologia, v. g.

Qui

Qui consideravit summam sapientiæ præstantiam ac utilitatem, non poterit non eam sibi habere commendatissimam.

Cum summa sit sapientiæ præstantia, mirum est, eam non plures invenire cultores.

§. IX. *Illustratio* petitur e fonte similium, contrariorum atque exemplorum, v. g.

SAPIENTIA ORNAT IVVENEM.

Simil. *Quemadmodum munda, atque ad honestatem decore composita, vestis ornat corpus; sic sapientia iuvenum animis pulcherrimum induit habitum.*

Exempl. *Vera sapientia, qualis fuit Salomonis, ex parte etiam Pythagoræ, iuvenem reddit virtutibus quam ornatissimum.*

Contr. *Sapientiæ studium nullam affert animo labem, nullam familiæ maculam, id quod stultitiæ proprium est; sed potius virtutum omnium habitu ac laude iuvenem quam decentissime exornat.*

§. X. *Amplificatio* [quæ etiam est in probatione atque illustratione] instituitur vel per *distributionem* totius in partes, vel per *evolutionem circumstantiarum* in subiecto & prædicato, ad quæstionem? *quale? unde? cui? quomodo? ubi? cur? quando? quo eventu?* v. g.

HIC LIBER EST BONVS: per distributionem.

Tanta huius libri est præstantia, ut auctore eius nihil sit eruditius, ligatura nihil ornatius, chartæ atque typis nihil mundius ac luculentius, stilo denique, ipsoque doctrinæ genere, nihil elegantius & nobilius.

SAPIENTIA EST THESAVRVS: per Circumstantias.

Circa *subiectum* quæritur:

1. *Qualis?* vera, adulterinæ oppositа.
2. *Unde?* singulare Dei beneficium.
3. *Cui & cur?* mortalibus, ad integritatem suam instaurandis, datum.

Circa *prædicatum* quæritur:

1. *Qualis?* magnus & pretiosissimus.
2. *Quomodo?* immortalem animum replens, ditans atque beans.
3. *Quo fine & eventu?* ut animus cupiditates suas stolidas a rebus impuris abstrahat, purgatus autem suavissimo gustu pascatur.

Hinc

Hinc emergit periodus oratoria.

Præstantissimum illud Dei donum, miseris mortalibus, ad integritatem suam feliciter instaurandis, datum, vera sapientia, tantus tamque pretiosus est thesaurus, ut immortalem animum, ab impuris cupiditatibus expurgatum, bonis suis repleat atque exornet, nec non suavissimo veri rectique gustu pascat.

§. XI. Quomodo una periodus resolvenda sit in duas, aut plures, duæ autem aut plures contrahi possint in unam, docebit iudicium, sapientiæ præceptis atque exercitatione subactum.

Membrum II.

De CHRIA.

§. I.

CHria est plurium periodorum connexio, & quidem naturalis, seu talis, qualem ipsa cuiuslibet rei natura, cum iudicio considerata, suppeditat.

§. II. Chriæ partes sunt quatuor: *Protasis, Ætiologia, Amplificatio & Conclusio.*

§. III. *Protasis*, seu *propositio*, thesin sistit primariam, cui explicandæ ac illustrandæ reliqua inserviunt.

§. IV. *Ætiologia* unam vel plures affert causas, cur vera sit protasis, v. g.

Prot. *Linguæ sunt sapientiæ instrumenta.*

Ætiol. *Iis enim utimur, tam in comparatione, quam in communicatione, sapientiæ.*

§. V. *Amplificatio* probatam thesin illustrat atque commendat a *Contrario*, *Comparato*, *Exemplo* ac *Testimonio.*

Not. 1. ut hæc quadrimembris amplificatio thesin, sic etiam speciatim theseos contrarium, convenienter illustrat.

2. Ad *Contrarium* refer amplificationem ab *obiectione* ac *confutatione.* Ad *comparatum* pertinent *hieroglyphica* ac *emblemata*, in quibus tamen cavenda est ostentatio & vanitas.

3. In testimoniis locum habet *paraphrasis*, una cum laude auctoris commode instituenda.

4. Non semper singula amplificationis membra sunt necessaria, sed sæpe unum atque alterum sufficit, sub una aut pluribus speciebus propositum.

§. VI. *Conclusio* vel repetit Protasin cum affectu, vel doctrinam, inde derivatam, breviter subiungit.

§. VII.

§. VII. Est autem Chria vel *Ordinata*, quæ procedit a Protasi ad Ætiologiam, & inde porro ad Amplificationem; de qua hactenus dictum est: vel *inversa*, quæ procedit ab Ætiologia ad Protasin.

§. IIX. Si ab Ætiologia procedimus ad protasin, inde emergit *antecedens* & *consequens*, seu argumentum & eius consequentia, v. g.

Antec. *Pax societatem humanam conservat integram.*

Conseq. *Ergo ipsa pax est conservanda.*

Not. 1. Ipsum *antecedens* ac *consequens* nonnunquam per distributionem commode potest multiplicari.

Not. 2. Utrumque membrum per Chriam accessoriam, quam vocant, partim novas ætiologias, seu rationes, partim autem reliquas amplificationes admittit.

Not. 3. Et si *consequentis* argumenta invertantur, seu anticipentur, ut priori appareant loco, quam ipsum consequens, venustam præbent connexionem utriusque membri.

Not. 4. *Chria* hæc *inversa* locum habet in *epistolis* ac in *sermonibus* fere omnibus, quos humanæ vitæ ratio exigit; saltem eos, ut ordi-

ordinati sint, dirigere potest. Quod si sub initium & finem accesserit formula, exordii ac conclusionis vicem sustinens, integræ oratiunculæ formam accipit hæc Chria. Cavenda autem hic est omnis affectatio.

§. IX. Peculiaris Chriæ inversæ species est in *thesi* ac *hypothesi*, seu in *propositione* ac *applicatione*, cum certa amplificationis pars locum occupat protaseos, ac dicitur *thesis*, ipsa autem protasis ad eam accommodatur, & dicitur *hypothesis*, v. g.

Prop. *Ultima Christi morientis vox erat:*

Consummatum est:

Applic. *Hoc cuiuslibet Christiani, speciatim fidelis verbi ministri, iamiam morituri, symbolum esse potest.*

Not. 1. Utrumque membrum suas admittit expolitiones, ætiologias atque amplificationes.

2. A *thesi* descendimus ad *hypothesin*, transeundo a genere ad speciem, a toto ad partes, a causa ad effectum, nec non ab exemplo alio ad aliud.

3. Non-

3. Nonnunquam a thesi, inserta ætiologia ac amplificatione, procedimus ad antithesin, pari ratione illustrandam, v. g.

Thes. *Paupertas obstat virtuti.*
Antithes. *Sed nihilomius virtutem promovet.*

4. In Syllogismo *maior* & *minor* sese habent ut thesis & hypothesis; sed *præmissa* & *conclusio*, ut antecedens & consequens.

§. X. Tandem notetur, Chriam vulgo distingui in *Oratoriam*, & *Aphthonianam*. De Oratoria, sic dicta ab usu, quem in singulis orationibus habet, actum est hactenus. Aphthoniana, sic dicta ab auctore, est memorabilis alicuius dicti aut facti expositio. Eius partes constituuntur octo: *Exordium* cum propositione, *paraphrasis*, *ætiologia*, *contrarium*, *comparatum*, *exemplum*, *testimonium*, *conclusio*. Atque ita Aphthoniana chria est amplior, integræ orationis vicem sustinens.

§. XI. *Exordium*, uti in oratione, sic etiam hic, e variis peti potest fontibus, inprimis vero occupari solet laude auctoris, cuius

ius illustre dictum aut factum sub finem, *propositionis* loco, subiicitur.

§. XII. *Paraphrasis* propositum thema ratione subiecti & prædicati explicat.

§. XIII. *Ætiologia*, seu *causa*, veritatem propositionis probat.

§. XIV. *Amplificatio* per quatuor reliquas instituitur partes, scilicet per *Contrarium*, *Comparatum*, *Exemplum* ac *Testimonium*. Quibus tandem additur *Conclusio*.

Not. 1. Non opus est, ut singula semper adsint argumenta, aut eodem ordine locentur.

2. Aptas connectendi formulas suppeditabit meditatio, exemplis nonnullis, a docente propositis, excitanda.

Membrum II.

DE ORATIONE.

§. I.

ORatio, inprimis *scholastica*, est multarum Chriarum complexus; ideoque eius amplifi-

plificatio & connexio in Chriarum usu & amplificatione consistit.

§. II. *Partes* Orationis sunt *quatuor*: *duæ primariæ*; sed ratione quantitatis admodum impares: *Propositio* & *Tractatio*: *duæ secundariæ*: *Exordium* & *Conclusio*.

§. III. EXORDIVM auditores præparat ad orationem cum attentione atque benevolentia audiendam, & habet sese ad propositionem, ut *antecedens* ad *consequens*.

Desumitur vero Exordium a materia cognata, a causa ad dicendum impellente, a variis circumstantiis personarum, loci ac temporis, nec non a testimonio, sive illustri aliquo proverbio, aut insigni sententia, in modum chriæ tractanda.

§. IV. PROPOSITIO totius orationis summam indicat: quæ cum non raro diversa contineat membra, accedit *partitio*, qua ea apte & ordinate distingvuntur.

Not. 1. Exordio subiici solet aperta, sed modesta, *attentionis* ac *benevolentiæ captatio*.

2. Thema tractandum est (a) vel *indefinitum*, quod aliquid generatim & indefinite sine circumstantiis proponit, v. g.

Linguæ-

Lingvarum notitia est utilissima.

(b) Vel *definitum*, quod rem certis circumstantiis definitam proponit, v. g.

Linguarum, inprimis sacrarum, notitia Theologo est utilissima.

(c) Vel *simplex*, de re quadam simplici, v. g. *quid sit vera eruditio*; vel *compositum* de integra propositione, v. g. *an eruditio vera omnibus hominibus sit necessaria.*

§. V. TRACTATIO propositum Thema apte & ordinate per argumenta deducit: unde, quot sunt argumenta, tot locum habent Chriæ.

§. VI. Secundum veterum placita, qui certa causarum, seu thematum, genera constituerunt, *Tractatio* est vel *didascalica*, vel *demonstrativa*, vel *deliberativa*; *Iudicialis* non est huius loci.

§. VII. *Tractatio didascalica* quæstionem docendo perspicue explicat per definitionem, causas, effectus, subiecta, adiuncta, comparata, contraria, exempla ac convenientes circumstantias.

§. VIII. *Tractatio demonstrativa* versatur in laudandis aut vituperandis rebus, aut personis.

Persona

Personæ laudantur, aut vituperantur, ob bona aut mala animi, corporis ac fortunæ, per singulas ætates, earumque status diversos, evolvenda. Non invenusta hic est brevis ad *locum communem* digressio.

Res laudantur, aut vituperantur, ductis argumentis

ab Honesto, & æquo.	*a Turpi, & iniquo.*
a Iucundo.	*a Molesto.*
a Facili.	*a Difficili.*
a Necessario.	*a Necessaria fuga.*
ab Utili.	*a Damno.*

Not. Quibus argumentis multæ res peculiares, v. g. *animalia bruta, plantæ, regiones, urbes, loca, ædificia, flumina, fontes, montes* &c. laudari, aut vituperari, possint, partim viva docentis *institutio*, partim discentis *meditatio* docebit.

§. IX. *Tractatio deliberativa* [seu generis deliberativi] versatur potissimum in svadendo, aut dissvadendo, in hortando, aut dehortando. Huc refer eadem tractationis demonstrativæ argumenta. Etenim quæ laudationi ac vituperationi conveniunt, etiam suasioni ac dissuasioni apta sunt.

§. X. Quodsi in tractatione *narratio* requiritur, perficienda ea est per ordinatam descriptionem *antecedentium*, *rei ipsius*, *ac consequentium*, ubi itidem apta est *locorum communium* insperſio.

§. XI. Nonnunquam locum habet in tractatione alicuius erroris *refutatio*; ubi erroris causæ, origo, communitas, antiquitas aut novitas, fœditas ac damnum, nec non frivola ac ficulnea, vel etiam speciosa, errantium argumenta atque exceptiones, breviter possunt expendi ac refelli.

§. XII. CONCLVSIO seu EPILOGVS vel totius tractationis nervum per ἀναχεφαλαίωσιν succincte repetit, vel doctrinam inde profluentem cum affectu urget, & auditoribus commendat.

CAP. III.

De
ELOQVENTIAE EXERCITIIS.

§. I.

EXercitationis fundamentum est sufficiens linguæ, qua dicendum est, notitia ac facul-

facultas. Non autem ea est sufficiens, nisi dicturum ab ariditatis tædio, & anxia conquisitionis cura, liberet.

§. II. Non autem *Latinæ* tantum, sed etiam *vernaculæ*, *linguæ* usus est necessarius. Illa quidem ob exercitationem stili Romani, hæc vero ob usum frequentiorem.

§. III. Sed eloquentiæ exercitia non adstringenda sunt ad rariores dies vel actus. Familiaris enim ac *quotidianus sermo* perpetuam suppeditat occasionem, citra affectationem, distincte ac ordinate dicendi; quippe qui persæpe nihil est aliud, quam vel tectus, vel apertus, chriarum usus.

§. IV. Ad certas vero horas adstricta exercitatio est vel *præmeditata*, vel *extemporalis*: Illa huius fundamentum, finis & norma est.

§. V. *Orationes præmeditatæ* conficiuntur secundum præcedentem institutionem, &, si publice recitari debent, mandandæ sunt memoriæ. Indecentissima enim & ingrata est orationis lectio in iuvene, a quo eruditionis & diligentiæ specimen exspectatur. Obstat ea etiam parrhesiæ ac decenti vocis vultusque ac gestuum moderationi.

§. VI. Ne autem & ipsa memorialis recitatio dicenti sit anxia & auditoribus ingrata, dicturus ei se assvefaciat *libertati*, ut, quæ ex notata rerum ac connexionum serie excidunt animo, statim verbis, sub lingua quasi nascentibus, connectere ac promte efferre possit. Præstat enim nonnunquam dicere minus accurate, ac minus cohærenter, quam cum aperto hiatu, trepidatione ac hæsitatione. Rebus vero probe notatis, certorum verborum, e memoria dimissorum, facilis est reparatio. Quam habilitatem parit, aut non parum adiuvat, extemporalitatis exercitium.

§. VII. *Extemporalitatis initium* iam in ipsa ætate puerili fieri potest; & quidem a subitanea narratione eorum, quæ auribus atque oculis legendo ac videndo fuere percepta; quam ipse usus postea reddet expeditam ac magis magisque ordinatam. Quod exercitium quantopere sui neglectum quasi ulciscatur, experiuntur illi, qui, quando inter graves ac honoratos viros colloquii ratio rei vel auditæ, vel visæ ac lectæ, narrationem postulat, propter metum ac conscíam hæsitationem, vel coguntur tacere, vel pro gratia audientibns tædium afferre.

§. VIII. Speciatim hanc dicendi extempora-

poralitatem promovet istud exercitii genus, quo unus ex eloquentiæ tironibus *historiam* aliquam commilitonibus suis clara voce prælegit, & ceteri eandem vel eadem, qua scripta est, vel diversa, lingua e memoria repetere iubentur. Et quia *historiarum biblicarum* notitia ex lectione frequentiori esse solet familiarior, earundem enarratio hic præ ceteris commendationem meretur. Quodsi præceptor aliquis ipse nonnulla prælegerit, & hanc exercitationem direxerit, fructus eo luculentiores inde redundabunt.

§. IX. Quibus extemporalis facundiæ exercitiis rite institutis, eloquentiæ tiro a *narratione simplici* pergat ad *expolitam* & *amplificatam*. Commodissimam vero expoliendi & amplificandi habebit occasionem, si rei aut doctrinæ alicuius, mediocriter cognitæ, nexum, enunciationibus logicis brevissime conceptum, periodico ac oratorio numero proferre iubebitur. In maioris momenti rebus extemporalitas multum sapientiæ ac eruditionis requirit.

§. X. Præterea in omni oratione prudenter attendenda est *Actio*, quæ est muta, sed tamen admodum efficax, quædam quasi corporis eloquentia, consistens in

convenienti vocis, vultus ac gestus, moderatione.

§. XI. Actionis fons ac unicus moderator est *affectus*. Unde citra affectum affectare actionem, est histrionum more gesticulari. Id quod utrum vulgarius hodie sit, quam turpius, dubitare possis.

§. XII. In pronunciatione *vox* sit æquabilis, clara, distincta, quæ respirandi spatia secundum ipsa interpunctionum signa observet; nec non expedita, mediocriter tarda, rei conveniens, ac pro diversitate affectus & emphaseos animata, atque secundum intentionem ac remissionem decore ac svaviter variata.

§. XIII. Quodsi vero vox respondet affectui, non potest non in lenitate esse submissa, in gravitate inclinata, in zelo contenta ac incitata, in parrhesia libera, in dolore ac commiseratione inflexa ac interrupta, in amore svavis, in metu ac verecundia contracta & demissa κ. τ. λ. In genere notetur, vocem non nisi gradatim debere adscendere, ita ut in progressu fiat contentior.

§. XIV.

§. XIV. *Status corporis* cum capite sit erectus, sibi constans, totusque ad gravitatem ac honestatem compositus, inprimis ratione brachiorum ac manuum solo affectu decenter moderandus: ideoque consultum est, gestus adhibere rariores, immo praestat habere plane nullos, quam affectatos.

§. XV. *Vultus* erit decorus, si cavebitur, ne respectu oculorum, oris, narium, labrorum, immo humerorum, a gravitate ac decentia recedatur. Quod enim honestum iuvenem dedecet semper, praecipue in exercitatione eloquentiae abesse debet.

§. XVI. Ceterum non desunt, qui exercitationis oratoriae, inprimis modo dictae actionis, quasi fastigium collocant in *actibus dramaticis*, seu scenicis, eosque praecipue a parrhesiae fructu commendant. Sed illi mihi decentem *parrhesiam* non videntur distinguere a *proterva impudentia*, omnis vanitatis plenissima. Qui sapit, deprehendet, scholas hoc nugatorio ac histrionico dicendi genere nihil habere pestilentius.

§. XVII. Tandem in dicendi exercitiis expedite versaturus *Chriarum* aut *Orationum*

tionum dispositiones non semper exspectet a præceptore, sed meditationis beneficio eas ipse concinnare mature addiscat. Cui enim in inventione ac dispositione deest ingenium, aut facultas, is plerumque dispositi thematis elaborationem longe inveniet difficiliorem.



TABVLA

TABVLA RHETORICA.

TROPOLOGIA RHETORICA.

TROPVS est vocis a nativa significatione in alienam immutatio.

Not. 1. *Tropus* est in una voce, seu in singulis verbis: *figura* seu *schema* est in pluribus & coniunctis: *Tropus* vocis significationem nativam mutat in aliam; *figura* vero non vocis, sed orationis, habitum immutat.

2. Troporum causa fuit partim *necessitas*; quia non habemus tot verba, quot res: partim *emphasis* & venustas.

3. Tropi sunt quatuor: *Metaphora, Metonymia, Synecdoche, Ironia.*

4. Figura est 1. in *verbis* apte iunctis, & iucunde inter se resonantibus; 2. in *sententiis*, quando elocutio orationem cum adfectu exprimit; 3. in *amplificatione* orationis pathetica.

METAPHORA est tropus, cuius fundamentum est in similitudine unius rei cum alia, v. g. *Scrupulus pro animi solicitudine.* Unde in omni metaphora est similitudo contracta.

Not. 1. Metaphora sit verecunda, re significata illustrior, non longius petita, &, si durior sit, seu ad catachresin accedat, additis formulis: *quasi, ut ita dicam*, &c. emolliatur.

2. Praestantissimae sunt Metaphorae, quae sumuntur
a. a rebus divinis. v. g. *vir divinus, ingenium divinum, puritas Angelica.*
b. a sensibus. v. g. *orationis lumen ac dulcedo: sermo mollis, asper, durus.*
c. ab elementis. v. g. *exardescere ira, incendi cupiditate, spirare minas, tempestas belli, tempora nubila, flumen eloquentiae, obrui aut sepeliri vino.*
d. a brutis, ut: *Lupi rapaces, canes muti, pestis serpit, stomachus latra.*
e. a corpore. v. g. *virtutem ne de facie quidem nosse.*
f. ab artibus &c. v. g. *limare orationem, acuere ingenium, dissuere amicitiam.*

3. Continuata metaphora dicitur *Allegoria.* v. g. Matth. III. v. 10.

4. Ad allegoriam pertinent *Apologi*, seu narrationes, quae sensus, orationem, studia & mores hominum brutis, vel rebus inanimatis, tribuunt.

METONYMIA est tropus, cuius fundamentum est respectus inter causam & effectum, inter subiectum & adiunctum, inter antecedens & consequens, & contra. *Hinc ponitur metonymice:*

1. Efficiens pro effecto. v. g. *Mars pro bello, Virgilius pro scriptis eius, manus pro scriptura.*
2. Effectum pro causa. v. g. *Mors pallida, senectus tristis, statuere exemplum.*
Not. Metonymia effecti vel causae vocatur etiam METALEPSIS.
3. Materia pro materiato. v. g. *Ferrum pro gladio, aes pro aeneis nummis.*
4. Subiectum pro adiuncto, & quidem (*a*) continens pro contento. v. g. *Roma pro Romanis, mundus pro hominibus, calix pro vino:* [*b*] possessor pro re possessa. v. g. *proximus ardet Ucalegon* i. e. domus eius [*c*] signatum pro signo [*d*] dux pro militibus.
5. Adiunctum pro subiecto. & quidem a) contentum pro re continente. v. g. *Vina coronant* i. e. pocula: b) signum pro signato v. g. *Sceptrum pro maiestate:* c) abstractum pro concreto, v. g. *Iustitia premitur* i. e. iusti: d) Tempus pro re, quae in tempore est, vel fit v. g. *Seculum nostrum est corruptissimum* i. e. hominum, hodie viventium, mores.
6. Antecedens pro consequente, & consequens pro antecedente, v. g. *Vixit*, pro, *mortuus est*, *accumbere*, pro *coenare.*

SYNECDOCHE est tropus, cuius fundamentum est respectus inter genus & speciem, item inter totum & partem, vel contra. Hinc est synecdoche
1. Generis pro specie. v. g. *arma pro telo. Virtus pro fortitudine.*
2. Speciei pro genere. v. g. *telum pro quibusvis armis.*
Not. Huc referatur *ANTONOMASIA*, quando appellativum ponitur pro proprio, & proprium pro appellativo. v. g. *Poeta pro Virgilio, Irus pro paupere, Urbs pro Roma.*
3. Totum pro parte. v. g. *Titius sepultus est*, i. e. *Titii corpus. Titius translatus est in coelum* i. e. *Titii anima.*
4. Partis pro toto. v. g. *puppis pro nave.* huc ref. numerus certus pro incerto. v. g. *sexcenta pro plurimis.* vel *centies* pro *saepissime:* item numerus singularis pro plurali. v. g. *Gallus victus est*, pro, *Galli victi sunt.*

IRONIA est tropus, cuius fundamentum est contrarietas. Vide 1. Reg. XVIII, 27. Ad Ironiam pertinet [a] *Antiphrasis.* v. g. *bellum*, quasi *minime bellum.* [b] *Oxymoron*, cum idem acute negatur de se ipso, v. g. *stulta philosophia.* [c] *Praeteritio*, qua missuros, aut praeterituros, nos simulamus, quae tamen eloquimur.

Not. Ironia est vel mitior, vel acerbior. Mitior est 1. *Charientismus*, quo dura mollioribus verbis per iocum notantur. v. g. *Bona verba quaeso. Melius ominare.* Huc pertinet *Euphemismus*, quo res odiosas & ingratas nominibus non ingratis designamus. 2. *Accismus* seu dissimulatio recusans ea, quae maxime cupimus. 3. *Mimesis*, qua alterius verba aut gestus imitamur. Acerbior est 1. *Sarcasmus*, qua miseris inimici insultant. vid. Matth. 27, 40. 2. *Mycterismus* seu subsannatio, quae fit gestu magis, quam verbis.

Not. Tropi affectiones generales praeter Allegoriam sunt *Catachresis* & *Hyperbole. Catechresis* est quaedam tropi durities, v. g. *sperare dolorem, equitare in arundine longa.*

Hyperbole est tropi intensio, quae superat fidem augendo vel minuendo. Eius species sunt 1. αὔξησις exaggeratio, v. g. *nive candidior, testudine tardior.* 2. Μείωσις, extenuatio, v. g. *erratum pro scelere.*

SCHEMATOLOGIA RHETORICA.

I. FIGVRAE VERBORVM.

I. EPIZEVXIS est vocis eiusdem immediata repetitio. v. g. *Ah Corydon, Corydon, quae te dementia cepit!* Not. Huc pertinet ANADIPLOSIS, qua eadem vox in fine prioris & principio posterioris commatis repetitur. v. g. *Pierides, vos haec facietis maxima Gallo, Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas.* Virg.

II. CLIMAX seu gradatio repetitione sequentia praecedentibus connectit. v. g. *Africano industria virtutem, virtus gloriam, gloria aemulos comparavit*, conf. Rom. V, 2. seq. VIII, 29. X, 14. 2. Pet. I, 5. seq.

III. ANAPHORA est repetitio vocis eiusdem in principio commatum. vid. Ps. 148, 1. seq. Ps. 29, 3. seq.

IV. EPISTROPHE, seu Epiphora, est repetitio vocis eiusdem in fine commatum, v. g. *Poenos iustitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit.* conf. Ps. 136, 1. seq.

V. SYMPLOCE est repetitio vocum earundem in principio & fine simul. v. g. *Quis eos postulavit? Appius. Quis produxit? Appius.* conf. Ps. 118, v. 2. seq.

VI. EPANALEPSIS est repetitio eiusdem vocis vel vocum in principio prioris, & fine posterioris commatis. v. g.

Qui bibit inde furit, procul hinc discedite, qucis est
Cura bonae mentis: qui bibit inde furit.

Phosphore redde diem, quid gaudia nostra moraris?
Caesare venturo, phosphore redde diem.

VII. EPANODOS est repetitio earundem vocum ordine inverso v. g. *Gratiam qui refert, habet, & qui habet, refert.* conf. 2. Cor. II, 15. 16. Huc pertinet *Commutatio*, qua contraria & diversa inter se permutantur & transponuntur, v. g. *Non vivas, ut edas, sed edas, ut vivere possis.*

VIII. PARONOMASIA est in diversarum vocum similitudine, v. g. *omnis amans amens, omnis honos onus: Non in aula natus, sed in caula. Nunquam satis dicitur, quod nunquam satis discitur.*

IX. ANTANACLASIS est, cum eadem vox mutata significatione repetitur. v. g. *iucundum est amari, si curetur, ne quid insit amari. Nunquam minus sui otiosus, quam cum essem otiosus.*

X. PLOCE est, cum idem verbum bis positum prius rem aut personam, posterius indolem ac mores, seu rei qualitatem, significat. v. g. *Simia est simia, etiamsi aurea gestet insignia.*

XI. POLYPTOTON est consonantia vocum eiusdem originis in diversis casibus ac flexionibus, v. g. *Amicus ad amicum de amicitia amicissime scripsit.* Cic.

XII. HOMOEOPTOTON est, cum dictiones & sententiae simili sono desinunt. v. g. *Mel in ore, fel in corde, verba lactis, fraus in factis.* Huc etiam pertinet *Homoeoteleuton.*

XIII. PLEONASMVS est, cum una vox pluresque abundant. v. g. *vocem his auribus hausi.* Huc pertinet *Polysyndeton* [oppositum *Asyndeto*] seu pleonasmus coniunctionis copulativae. v. g. *Me prae ceteris & colit & observat & diligit.*

II. FIGVRAE SENTENTIARVM.

I. EPIPHONEMA est exclamatio ad rei narratae & explicatae finem adhibita. v. g. *Tantae molis erat, Romanam condere gentem!* Virg.

II. EPANORTHOSIS, seu correctio, qua antecedens corrigendo revocatur, & commodius substituitur. v. g. *Quid dixi habere me, immo habui.*

III. APOSIOPESIS est, cum sententiae inchoatae cursus, reticendo vel abrumpendo orationem, revocatur, v. g. *Quos ego! sed motos praestat componere fluctus.* Huc ref. *Ellipsis* & *Asyndeton.*

IV. APOSTROPHE est, cum sermo ad aliam, quam instituta oratio requirit, personam, vel quasi personam, convertitur. vid. Rom. II, 17.

V. PROSOPOPOEIA est, qua absentem aut alienam personam atque rem oratione nostra quasi loquentem sistimus. vid Sap. V, 1. seq. it. Iud. IX, 7. seq. Rom. X, 6. seq.

VI. ADDVBITATIO est, qua dubitare, aut nescire, nos aliquid significamus & nobiscum deliberamus. v. g. *eloquar an sileam?* vid. Luc. XVI, 3.

VII. COMMVNICATIO est, qua cum aliis deliberamus, vid. Act. IV, 19.

VIII. OCCVPATIO est, qua obiectionem antevertimus & diluimus. Rom. III, 1. IV, 1.

IX. REMISSIO est, cum quaedam non explicamus, sed diiudicanda auditori relinquimus.

X. CONCESSIO est, cum aliquid largimur, ut maius obtineamus, & reliqua magis exaggerari possint. Rom. XI, 19. 20. Not. *Interrogatio & Exclamatio* quid sint, ipsae voces indicant.

III. FIGVRAE AMPLIFICATIONIS.

I. HYPOTYPOSIS est, cum res ita oculis subiicitur, non ut narrari, sed geri, videatur. Ps. VII, 12. seq.

II. PATHOPOEIA est vehementiorum affectuum expressio. Jes. XLIX, 15.

III. ANTITHESIS est, cum per contraria amplificamus aliquid. conf. Ps. I.

IV. INVERSIO est, cum ostendimus, pro nobis facere argumentum adversarii. conf. Matth. XV. 26. 27.

V. SERMOCINATIO est, cum orator ipse secum disputat, & quasi duorum colloquentium personam sustinet.

VI. DISTRIBVTIO est, cum totum aliquod diducendo per partes latius explicatur. Huc potest referri *Congeries*, cum plures species coacervantur. Rom. I, 29. Gal. V, 20. 21.

VII. INCREMENTVM est, cum per gradus ab infimis ad summa imus, v. g. *Facinus est, vincire civem Romanum, scelus, verberare, prope parricidium, necare; quid dicam in crucem tollere?* Cic.

VIII. EPEXEGESIS est, cum plura verba ferme synonyma emphatice coniungimus, aut orationem oratione exponimus. Luc. X, 27. it. abiit, excessit, evasit, erupit. Huc pertinet *Expolitio*, cum eandem sententiam commutatis verbis explicamus, & illustramus. Ps. I, 1. 2.

IX. PARADIASTOLE est, cum distinguimus ea, quae vulgo confundi solent. v. g. *Non fortis, sed audax. Non sapiens, sed astutus.*

X. AETIOLOGIA, *Topographia, Chronographia, Prosopographia, Digressio, Transitio, Reiectio, Comparatio, Exemplum, Sententia, Periphrasis, Definitio*, & eiusmodi voces plures, quid sibi velint, ipsae notiones Grammaticae indicant.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn813608325/phys_0189
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn813608325/phys_0190
DFG

LOCUTIONUM ac SENTENTIARUM LATINARUM

FLORES INSIGNIORES

e Latinorum poetarum principibus,

VIRGILIO, HORATIO ET OVIDIO,

collecti,

Atque in usum juventutis scholasticæ, ad parandam tam solutæ, quam ligatæ, orationis copiam ac facultatem,

SECUNDUM LIBRORUM SERIEM

Quintum castigatius editi,

opera

JOACHIMI LANGII.

PRÆFATIO

docet, qua ratione paganorum scripta in Christianorum scholis legi possint ac debeant.

BEROLINI,

Impensis Joh. Christophori Papenii.

ANNO M DCC XVII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn813608325/phys_0191
DFG

LECTORI

SALUTEM PLURIMAM!

PAganorum scripta utrum in Christianorum scholis promiscue tractari debeant, an plane negligi, non eadem omnium est sententia. Negant alii, alii ajunt; sicut usu venire solet, ubi dispares mores ac sententiæ disparia studia sequuntur. Sed qui sapiunt, puramque orationem pulcherrimum sapientiæ instrumentum esse, norunt, mediam hic viam sequuntur, h. e. nec omnes simulacrorum cultores, nec in omnibus omnia, ut legantur, suadent. Non nesciunt enim, linguas & alia, quæ in veterum monumentis aliquo sese pretio commendant, ita disci posse, ut bonarum mentium incorrupta servetur integritas. Non paucos vero litteratorum justo benigniores paganismi patronos existere, videas. Tantum enim abest, ut eos, qui præ ceteris obscoeni ac nugaces sunt, scriptores cum voluptate legere, ac juventuti commendare, sibi ducant religioni, ut, eosdem ad solidam eruditionem necessarios esse, contendant; nullum in de rebus Christianis detrimentum, nullum emendatis moribus periculum, imminere,

rati. In promtu causa est. Doctrina Christiana ipsis sordet, & virtus nomen inane est: ipsa quid valeat, nesciunt. Pro vera sapientia scientiæ umbram captant; & pro solida eruditione *vanitatem* sectantur *græculam*, quam hodie *Pedantismum* vocamus. Sic profana mens profanos amat scriptores. Qui ubi in scholis ac animis dominantur, quid mirum, si juventus majorem habeat cognitionem Jovis, quam Jehovæ; superstitionis, quam veræ religionis; scriptorum Plauti, Terentii, Ovidii, Horatii, quam Prophetarum atque Apostolorum. Nam pro veritate fabulas, pro rebus seriis ac solidis nugas, pro virtutibus vitia apprehendunt adolescentes, pretiosi dedecorum, inter quæ ætatem consumunt, emtores. De Christi doctrina ac vestigiis, moribusque Christianis, apud permultos nihil supereſt, præter inane nomen. Quod nec memoria quoque deleatur, resonat nonnunquam in superficie, h. e. pulpitis: interiora manent intacta. Etenim profana mens ut sacrarum litterarum vim ac sensum non capit solide, sic nec dextre interpretatur. Quo ipsæ divinæ litteræ ardore versantur, eodem catecheticæ ac Theologicæ institutiones vulgo tractantur. Nihil hic apud multos cultu divino frigidius, nihil magis superficiarium.

Quod

Quod cui introspicere datum est, non Spiritus Sancti, non sapientiæ, non virtutum; sed tenebrarum, errorum ac vitiorum officinas scholas esse multas, deprehendit. Cujus ingentis mali primarius fons est paganismus, sive promiscua & inconsulta auctorum, quos vulgo ethnicos vocamus, tractatio, qua teneræ mentes, prava parentum institutione corruptæ, corruptiores redduntur.

Quare non defuerunt omni ætate viri docti & gravissimi, qui, quoniam e meliore verbi cœlestis semine mentem a Patre luminum habebant refictam, obscœnorum auctorum gregem ut ipsi aversati sunt, ita teneræ eum ætati neutiquam commendandum, aut tradendum esse, non sine ratione censuerunt. Cujus enim aures non feriat, cujus animum non penetret, + tremendum illud optimi Servatoris nostri fulmen, quo, *Matthæo Evangelista* cap. XIIX. v. 8. referente, atrocia comminatur illis, quorum & verbis & factis cerea, & natura ad ma- + lum prona, juventus pejor redditur. Non urgebo nunc cum aliis sacri codicis argumentis serium illud gentium doctoris interdictum, Eph. V, 2. 4. Πορνεία δὲ καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία ἢ πλεονεξία μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς πρέπει ἁγίοις. Καὶ αἰσχρότης, καὶ μωρολογία, καὶ εὐτραπελία, τὰ οὐκ ἀνήκοντα, κ. τ. λ.

Indigni igitur, quos sedula versemus manu, illi sunt omnes, qui eo processerunt insaniæ ac impietatis, ut non dubitarent magno conatu nugari; immo æternis suppliciis expianda scelera, tanquam factu minus turpia, nec dictu inhonesta, juventuti ad vivum ante oculos ponere & ejusmodi de Numine flagita commiscisci, quæ quo minus coram honestis auribus recenseas, aut animo concipias, pudor prohibet. Tales enim deos deasque finxere, quales cives, si bene constituta ferret res publica, monstra aleret, & angues in sinu foveret. Tales sunt ex parte *Comici*, *Plautus* ac *Terentius*: quos qui legit, nugatores legit; qui interpretatur, in nugis hæret, iis nonnunquam aliquod pondus addens, nisi forte ipse sapiat rectius. A comicis quidam antiquorum *poëtarum* tantum discrepant, quantum ab immundis canibus porci. Non raro enim majori arte ineptiunt ac insaniunt, suisque vel fœtoribus lectores arcent, vel sordibus honestos eorum vultus quasi contaminant. Quo in genere excellit insigne illud poëtarum par, *Horatius* ac *Ovidius*, homines ingeniose nequam, & impurissimi puræ Latinitatis auctores: utpote qui uti horrendum in modum peccarunt ipsi, sic aliis etiam, pro amplificando satanæ regno, lasciviendi artem ac disciplinam tradiderunt.

runt. Certe humani generis hostis hoc hominum genere nihil fingere potuit turpius, nihil fœdius, suique similius. Quod qui inter Christianos ludimagistros negant, nec tantum periculi a poëtarum lectione instare opinantur, ipso turpissimo Ovidio videntur incautiores. Ille enim, malæ causæ ac obscœnæ dictionis conscientia constrictus, non potuit non sub detestandorum amorum finem sic scribere:

Eloquar invitus, teneros ne tange poëtas:
Summoveo dotes impius ipse meas.
Carmina quis tuto potuit legisse Tibulli &c.

Jam quid capiendum est consilii? Magnas Latinitatis opes in veterum poëtarum monumentis esse reconditas, negari non potest. Illæ ergo (ut metri leges, non plane negligendas, taceam) non permittent, ut a scholis Christianorum penitus abesse jubeantur. *Virgilius* quidem fere totus tuto potest legi, bonumque ac circumspectum nactus interpretem multa docet egregia; sed multa *Horatii*, *Ovidii*, aliorumque poëtarum flammis, quam lectione, sunt digniora. Ea autem vel cautissime juventuti tradere, est libidinis esse interpretem ac magistrum: ea legere cum judicio, est cum judicio desipere, & flagitia discere. Quare purgatos optarem hos auctores a stercore suo, quicquid reclament quidam critici,

qui magnam bonæ mentis (cujus ipsi parum habuisse, aut irreligiosa poëtarum lectione plurimum amisisse videntur) ruinam multo censent esse excusatiorem, quam minimam Latinitatis jacturam; quæ tamen per editiones istorum auctorum alias & integras facile posset anteverti, aut aliunde suppleri.

Ista autem interpretari, aut promiscue discentium manibus versanda atq; excutienda permittere, quid est aliud, nisi venenum apponere, ac invitare ad naufragium? Indignum sane est, animos, pretiosissimo Christi sanguine redemtos ac mundatos, ipsique, ceu viti † palmites, per sacrum baptismatis lavacrum ac fœdus insertos, aut, si defracti jam sint, majori iterum cura inserendos fœdis ejusmodi sordibus contaminare ac corrumpere. Sufficit sane vitiosa ab origine tracta labes, malorum per se feracissima, multumque miseris mortalibus negotii facessens. Igni enim oleum addere, veteri vetamur proverbio. Et frugibus inventis, glandium esu capi, nonne est ridiculum & absurdum? nonne iniquum, Christi agnos in venenata ac insalubria pascua ducere? Sincerum lac, non corruptum, seu, ut Apostoli verbis utar, λογικὸν ἄδολον γάλα, veritatis alumnis est præbendum. Parum enim fermenti totam massam inficit. Et testa,

quo

quo semel est imbuta recens, odorem diu solet servare

At dixerit forte aliquis: curari non res ipsas, sed Latinitatem tantum. Quasi vero omnem stili elegentiam, & sermonis Latini integritatem, deberemus quorundam comicorum nugis, aut nefandis nonnullorum poëtarum amoribus! Nonne minoris omnino æstimanda aliqua Latinitatis jactura, quam pietatis veritatisque labes; si illa non nisi ex venenatis hujusmodi fontibus hauriri posset? Sed superstites sunt alii aureæ ac argenteæ ætatis scriptores quam plurimi, non minus terси ac nitidi, quam a rebus obscœnis alieni. Ut nihil nunc dicam de recentioribus, quibuscum politiores litteræ, barbarie pulsa, renatæ videntur: *Erasmos* intelligo, *Castaliones*. *Buchananos*, & complures alios. Quorum auctoritas etsi tanta non est, quanta illorum, quibus vernacula fuit lingua Latina, & qui præcipue ad stilum formandum apti, atqui imitatione digni sunt; illud tamen dispendii, quod e non lectis aliquot antiquis obscœnisque scriptis, aut scriptorum partibus nascitur, leve admodum faciunt Præsentissimum autem morum naufragium ex auctoribus hisce instare, certum est atque exploratum. Quis enim unquam genuinum verborum sensum sine dili-

genti rerum, verbis subjectarum, in dagatione ac cognitione intelligere potuit? Hic nexus est necessarius, & hæc tam sunt conjuncta, quam quæ arctæ cognationis vinculo natura videmus esse conjunctissima. Et litterarum studiis initiata ætas est tanquam tabula rasa, rerum expers, omnisque formæ capax. Quo igitur accuratius sermonis sensum indagat atque proprietatem, eo exquisitius vitiorum naturam scrutatur: quin etiam misso verborum integumento, tanquam cortice, nucleum appetit, h. e. pravitatem; ei inhæret, ea delectatur; adeo, ut non raro mentis acies, ab oculorum consuetudine abducta, profundius in vitiorum naturam penetret. Quod venenum ubi semel animis insedit, latius spargitur, & per omnem vitam diffunditur. Omnium autem pestilentissimæ sunt res venereæ. Quot enim millia juvenum non perdidit obscœnus *Plautus*, cum inquinatissimis, si scriptorum partem spectes, *Ovidio* & *Horatio*? Verbis enim lectores tenent suspensos, funestis pectori aculeis infixis. Affluit incautis, si quidquam aliud, certe insidiosus amor. Et rudis imperitaque adolescentia, qua naturæ est pravitate, nihil avidius † arrectis auribus excipit, nihil gratius attentis haurit animis, quam si quidquam, quo fomes flammam concipiat, quavis etiam occasione profe-

proferatur. Non sane subditis eget calcaribus, qui jam sponte sua in suam ruit perniciem. Provide autem DEus cavit, ne ad unum omnes sermonis puritatem impuris rerum sordibus conspurcarent. Hoc enim pacto necessaria fuisset aut morum corruptela, aut linguarum, Græcæ ac Latinæ, jactura. Castos ergo gravesque auctores attentam, sed & cautam, mereri lectionem, nemo dubitet. Cognito enim sublatoque abusu, usum præstant insignem illis, in quibus mens sagacior & incorruptior, quid efficere possit, est experta.

Sed quid incorruptam corruptis mortalibus mentem tribuo? Corruptissimi sunt, quoscunque illustris Dei imago ipsorum culpa deseruit, desertos autem, atque horrendis errorum tenebris involutos, a veritate plane fecit inopes: fecit vero omnes, quotquot vitalem spiritum supremo universitatis conditori debent. Et cum hoc hominum genus, quod ethnicorum nomine appellamus, cœlestis ac revelatæ doctrinæ manserit expers; quid summi, quid integri ac perfecti, ab illo exspectare possimus, abunde liquet. Cœcus enim hodegus lumine privatos viatores agit devios & in foveam præcipites. Licet etiam vel maxime a spurcis nugis, jocisque scurrilibus abstinuerint multi; Profani tamen paganismi spiritum ubique servant. Ubi enim non luculenta extant vanitatis ac philautiæ vestigia & præcepta, nec non pungentes ambitionis stimuli? Ubi de-

sunt

sunt vanitatis illecebræ, & varia malorum irritamenta? Agrum ubique videmus male cultum, malis seminibus sparsum, malorumque fructuum satis feracem. Hic infelix luxuriatur lolium; illic steriles avenæ dominantur; & non raro frigidus in herba anguis latet. Quare, ne fallamur, cautione opus est, subactique judicii robore, si ex his sterquiliniis sapientiæ granula & eloquentiæ flores colligere volumus; inprimis cum occurrant errores, veri speciem nacti, & lateat, immo sordeat sæpenumero veri rectique notio sub falsi pravique suspicione. Quid enim hominibus, a sacris Christianorum alienis, est solennius, quam ficta virtutum simulacra pro veris earundem imaginibus pingere? Unde ipsa quoque vitia non possunt non virtutum speciem mentiri.

Ipse *Cicero*, ut Latinitatis optimus, sic pessimus est vanitatis magister. Quod quam verum sit, illi + etiam suo comprobant exemplo, qui Ciceronem sine judicio, aut potius sine mente Christiana, imitantur. Putant enim, Tullianæ se dictionis facultatem habere nullam, nisi & ambitiosam vanissimamque Ciceronis mentem ad vivum exprimant; aut potius, quam natura habent vanitatem Tullianis flosculis exornent. Quam corrupta autem Ciceronis in hoc genere fuerit indoles, vel ex sola ejus ad Lucceium epistola [L. i. ep. 18. vel aliis, L. 5 ep. 12.] abunde constare potest: In qua cum semel verecundiæ fines transiliviſſet, suo etiam ipsius judicio bene & gnaviter fuit impudens, epistola non erubescente. Non enim solum incredibili + arsit cupiditate, ut nomen suum, quo vivus perfrui

possit

Posset gloria, Lucceji scriptis illustratum celebraretur; sed non dubitavit quoque a Lucceio majorem in modum contendere, ut, sui amori plusculum etiam, quam concedat veritas, largiens, historiæ leges negligeret, omniaque ornaret vehementius etiam, quam ipse sentiat.

Sic Curtium qui prælegit, *Alexandrum* rebus præclare gestis magnum, vitiis autem longe *majorem* deprehendit, aut certe talem nosse debet. Excellentes quidem animi dotes, quas partim doctæ debebat institutioni, ut non immerito ipsi tribuo; ita virtutes ejus haud fuisse veras, constare arbitror, non modo si cum virtutibus, ex Dei gratia, veraque in Christum fide, ortum trahentibus, contendantur; verum etiam cum per se considerantur; ex illo inprimis tempore, quo se, quam orientem moderate ferebat, fortuna amplior animo ejus infuderat. Tum enim documentum dedit posteris, homines, cum se fortunæ temeritati permittunt, naturam quoq; dediscere. Et illum, qui omnia potius, quam adfectus suos, in potestate habuit, multum virtutibus eluxisse, quis credat? Castum haberem atque sobrium Macedonem, nisi obstarent illa Historici: Lib. IV. 2. 7. V 2 5. 6. 7. IIX. 4. X. 1. Ea autem quæ largiter donabat, nonne insigni cum injuria aliis erant erepta? Latrones autem, si raptorum partem possessoribus aut justis reddant, aut alienis tribuant; si in periculis adeundis strenue sint temerarii; si denique latrociniorum cursum nimio luxu non remorentur: quis quæso dicet liberales, fortes atque continentes? Mitto jam victoris sævitiam, infinitamque gloriæ cupiditatem

ditatem, cum ipsius etiam divinitatis affectatione conjunctam.

Eadem est ratio aliorum auctorum omnium, qui, divini luminis expertes, solum corruptæ naturæ ductum secuti sunt. In quibus cum a veris falsa & a rectis prava, exacte dijudicare nequeat studiosa juventus sibi relicta, præceptor non indoctus, nec a necessariis male instructus, quantum sibi curæ hic relictum sit, facile potest intelligere. Qui si luminis naturalis, omniumque inde ortarum virtutum, indolem, bonitatem, nec non a veritate divina distantiam & varias imperfectiones, adeoque diversas naturæ & gratiæ dotes, & utriusque confinia, ostendere velit; amplissimum sane campum habet dicendi, quæ ad solidam eruditionem & veram animi culturam faciant. Hæc stili, cujus potior habetur ratio, non insuavia sint condimenta, hinc inde in auctorum lectione, sine temporis dispendio, adspergenda. Ipsi vero discipuli suum hic officium non negligant, sed, a magistris moniti ab errore ac pravitate omni sibi caveant, ostensosque, aut per se extantes, scopulos studiose declinent.

Ex his nemini, credo, erit obscurum, cur hic Flores e Latinorum poëtarum princi-

pi-

pibus seorsum exhibeam. Hos enim auctores quotus quisque integros solet perlegere, ac perlectos integre repetere? Quis unquam eos in scholis publicis, interprete præceptore, plene audivit, aut in aliarum lectionum multitudine pertractare potuit? Exiguam horum partem cursu studiorum scholastico vulgo absolvi, testatur experientia. Immo fac, hos auctores a capite usq; ad calcem publice aut privatim absolvi repetique posse; quanta inde non metuenda erit mentis depravatio, si singula promiscue excutiantur? Et cui tanta est memoriæ tenacitas, ut retinere possit omnia? Quamobrem, cum non nisi lectissima quæque notari soleant, vel possint; putavi e re juventutis fore scholasticæ, si lectio ista iis, quæ præ ceteris ad bonos mores atque elegantem Latini sermonis habitum facere posse viaentur, seorsum excerptis, redderetur facilis ac compendiaria. Et hunc in finem hos concinavi Flores: qui cum post quatuor editiones non vulgari se usu discentibq comendaverint, quintum jam eduntur. Notandum autem est non omnes hic e trium poëtarum monumentis exhiberi sententias ac locutiones; sed illas tantum, quæ reliquis elegan-

elegantiores atq; insigniores visæ sunt. Non minus enim brevitatis, quam elegantiarum, habenda fuit ratio, ad arcendum a discentibus tædium, & ad circumcidendos impressionis sumtus. Nonnunquam elegantissimas etiam locutiones ac sententias omisi, quoties sensus impietas aut impuritas dictionis venustatem conspurcavit. Nihil enim incorrupta mentium integritate in scholis debet esse sanctius, nihil religiosius. Ordo ubique servatus is est, quem requirit librorum series, ut ipsi auctores conferri possent, in primis a præceptore. flores hi in quo auctoris campo aut horto nati sint, visuro atq; discipulis ostensuro. Quoties nova occurrit locutio & sententia, toties fere prima ejus vox alio litterarum charactere notata est. Plurima ea sunt facilitate ut citra inspecti sermonis συνάφειαν *intelligi et sine præceptore tractari possint ab iis, qui mediocri jam latinæ linguæ notitia imbuti sunt. Viva autem magistri vox non parum proderit, si ea docuerit singulorum notare elegantiam, proprietatem ac* δύναμιν, *nec non formare parodias. Valé. B. Lector, & errata typographica ipse corrige.* Dabam Berolini ipsis Calendis Mart. MDCCII.

FLORES
EX VIRGILIO.
ECLOGA I.

Sylvestrem tenui musam meditaris *fa*vena,
DEUS nobis hæc otia fecit.
Namque erit ille mihi semper DEus, illius aram
Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.
Sæpe malum hoc nobis, si mens non læva fuisset,
De cœlo tactas memini prædicere quercus.
Sic parvis componere magna solebam:
Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.
Ecquæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?
Quamvis multa meis exiret victima septis,
Pinguis & ingratæ premeretur caseus urbi,
Non unquã gravis ære domũ mihi dextra redibat.
Praesentes alibi cognoscere divos.
Bis senos cui nostra dies altaria fumant.
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti.
Nec mala vicini pecoris contagia lædent.
Ante leves ergo pascentur in æthere cervi,+
Et freta destituent nudos in littore pisces,
Quam nostra illius labatur pectore vultus.
Ad penitus toto divisos orbe Britaños (veniemus)
En! quo discordia cives perduxit miseros,

Hic tamen hanc mecum poteris requiescere noctem,
Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma.
Castaneæ molles, & pressi copia lactis.
Et jam summa procul villarum culmina fumant,
Majoresque cadunt altis de montibus umbræ.
ECL. II. *Nunc* etiam pecudes umbras & frigora captant.
At mecum raucis, tua dum vestigia lustro,
Sole sub ardenti, resonant arbusta cicadis.
O formose, puer nimium ne crede colori:
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.
Quam dives pecoris nivei, quam lactis abundans.
O tantum libeat mecum tibi sordida rura,
Atque humiles habitare casas, & figere cervos.
- - - *Pan* curat oves oviumque magistros.
Et dixit moriens: te nunc habet ista secundum.
Capreoli sparsis etiam nunc pellibus albo.
Bina die siccant ovis ubera.
Rusticus es Coridon: sordent tibi munera nostra.
Eheu, quid volui misero mihi? floribus austrum
Perditus & liquidis immisi fontibus apros.
- - *Trahit* sua quemque voluptas.
†*Adspice*, aratra jugo referunt suspensa juvenci,
Et sol crescentes decedens duplicat umbras.
Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit!
EGL. III. *Hic* alienus oves custos bis mulget in hora:
Et succus pecori, & lac subducitur agnis.
Parcius ista viris tamen objicienda memento:
Et, si non aliqua nocuisses, mortuus esses.

Quid

Quid domini facient, audent cum talia fures?
- - - *Quo* nunc se proripit ille?
Non tu in triuiis, indocte solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?
Hanc vitulam (binos alit ubere fœtus)
Depono: tu dic mecum quo pignore certes.
Nec dum illis labra admovi, sed condita servo.
Efficiam, post hac ne quenquam voce lacessas.+
Sensibus hæc imis [res est non parva] reponas.
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos.+
Nunc frondent sylvæ, nunc formosissimus annus.
Alternis dicetis: amant alterna Camœnæ.
A Iove principium Musæ: Iovis omnia plena.
Et me Phœbus amat. *In* me mora non erit ulla.
Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres.+
Meus ignis, Amyntas.
Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.
Qui legitis flores, & humi nascentia fraga,
Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.
Non bene ripæ creditur.
Si lac præceperit æstus,
Ut nuper, frustra pressabimus ubera palmis.
Eheu quam pingui macer est mihi taurus in arvo.
Vix ossibus hærent:
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.
Dic quibus in terris [& eris mihi magnus Apollo]
Tres pateat cœli spatium non amplius ulnas.
Non nostrum inter vos tantas componere lites.

EGL. IV. *Non* omnes arbusta juvant humilesque myricæ.

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas:
Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo.
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna:
Iam nova progenies cœlo demittitur alto.
- - - *Toto* surget gens aurea mundo.
- - - - *Tuus* jam regnat Apollo.
Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.
Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
Ubera: nec magnos metuent armenta leones.
+ *Molli* paulatim flavescet campus arista,
Incultisque rubens pendebit sentibus uva,
Et puræ quercus sudabunt roscida mella.
Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis.
Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas.
Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus, non vinea falcem:
Robustus quoque jam tauris juga solvet arator,
Nec varios discet mentiri lana colores
Adspice convexo nutantem pondere mundum.
Aggredere o magnos (aderit jam tempo) honores
Cara Dei soboles, magnum Iouis incrementum.
Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum:
Adspice, venturo lætentur ut omni sæclo.
O mihi tam longae maneat pars ultima vitæ!
+ ECL. V. *Lenta* salix quantum pallenti cedit olivæ,
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis,
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
+ *Vitis* ut arboribus decori est, ut vitibus uvæ,
Tu decus omne tuis.

Gran-

Grandia sæpe quibus mandavimus hordea sulcis,
Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ;
Pro molli viola pro purpureo narcisso
Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.
Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras.
Et tumulũ facite, & tumulo superaddite carmen.
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
An quicquam nobis tali sit munere maius?
Nec lupus insidias pecori, nec retia cervis
Ulla dolum meditantur.
Ipsi lætitia voces ad sidera jactant.
Ante focum, si frigus erit, si messis, in umbra.
Dum iuga montis aper, fluvios dũ piscis amabit,
Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ,
Semper honos, nomenque tuum laudesque manebunt.
Agricolas damnabis tu quoque votis.
Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona?
ECL. VI. *Cum* canerem reges & prælia, Cynthius aurem vellit & admonuit.
- - - *Tristia* condere bella.
Agrestem tenui meditabor arundine musam.
Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.
Spe carminis ambos luserat.
- - - *Deductum* dicere carmen.
Ah virgo infelix, quæ te dementia cepit!
Si qua forte ferant oculis sese obvia nostris.
ECL. VII. *Vir* gregis ipse caper deerraverat.
Hic viridis tenera prætexit arundine ripas
Mincius, eque sacra resonant examina quercu.

Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
- - *Invidia* rumpantur ut ilia Codro.
Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto.
Thymo mihi dulcior Hyblæ.
+ *Candidior* cygnis, hedera formosior alba.
Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis,
Horridior rusco, projecta vilior alga.
- - *Iam* læto turgent in palmite gemmæ.
+ *Hic* tantum Boreæ curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.
Strata jacent passim sua quæq; sub arbore poma.
+ *Aret* ager, vitio moriens sitit aëris herba.
ECL. VIII. Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.
+ *Frigida* vix cœlo noctis decesserat umbra,
Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est.
Mopsò Nisa datur: quid non speremus amantes?
Iungentur jam gryphes equis, ævoque sequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.
O digno conjuncta viro!
+ *Alter* ab undecimo tum me jam ceperat annus.
Iam fragiles poteram a terra contingere ramos.
Ut vidi! ut perii! ut me malus abstulit error!
Extremum hoc munus morientis habeto.
- - Non omnia possumus omnes.
- - *Numero* DEus impare gaudet.
Hylax in limine latrat.
Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.
ECL. IX. *Hæc* mea sunt! veteres migrate coloni.
- - - *Sors* omnia versat.
Heu! cadit in quenquam tantum scelus!
Occurrare capro [cornu ferit ille] caveto.

Man-

Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ:
- - *Sed* non ego credulus illis.
- - *Argutos* interstrepere anser olores videor.+
Haec tacitus mecum ipse voluto.
Duceret apricis in collibus uva colorem.
Insere, Daphni, piros: carpent tua poma nepotes.
Hic ver purpureum, varios hic flumina circum
Fundit humus flores: texunt umbracula vites.
- - *Numeros* memini, si verba tenerem.
Omnia fert ætas, animum quoq; sæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere soles.
- - - *Ego* hoc te fasce levabo.
Nox pluviam ne colligat ante, veremur.
ECL. X. - *Ah* te ne frigora lædant!
Ah, tibi ne teneras glacies secet aspera plantas!
Non illum vestri possunt mutare labores.
Omnia vincit amor & nos cedamus amori.
Gallo, cujus amor tantum mihi crescit in horas,+
Quantum vere novo viridis se subjicit alnus.
GEORG. I. *Nec* tibi regnandi veniat tam dira cupido:
40. *Da* facilem cursum atque audacibus annue cœptis.
Vere novo, gelidus canis cum montibus humor
Liquitur, & zephyro putris se gleba resolvit,
Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer.
Illius immensæ ruperunt horrea messes.+
Ventos & varium cœli prædiscere morem

In-

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.
60. *Continuo* has leges, æternaque fœdera certis
Imposuit natura locis. *Effœtus* ager.
+ *Et* segnem pâtiere situ durescere campum?
Urit enim lini campum seges, urit avenæ.
Sed tamen alternis facilis labor.
Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis. *Illis* omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor. *Æstas* pulverulenta.
Satis fluvium inducit rivosque sequentes.
Et cum exustus ager morientibus æstuat herbis,
Unda cadens raucum per lævia murmur saxa ciet.
- - *Ne* gravidis procumbat culmus aristis,
Luxuriem segetum tenera depascit in herba.
Cum sulcos æquant sata. *Arena* bibula
+ *Præsertim* incertis si mensibus amnis abundans
Exit, & obducto late tenet omnia limo.
Gravi torpere veterno.
Ante Jovem nulli subigebant arva coloni.
Nec signare quidem, aut partiri limite campum,
Fas erat: in medium quærebant: ipsaque tellus
Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.
Ut varias usus meditando extunderet artes
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.
Navita tum stellis numeros & nomina fecit.
Tum laqueis captare feras, & fallere visco,
Inventum, & magnos canibus circumdare saltus.
145 - - (*Amor*) *Labor* omnia vincit
Improbus, & duris urgens in rebus egestas.

Quod

Quod nisi & assiduis terram insectabere rastris,
Et sonitu terrebis aves, & ruris opaci
Falce premes umbras, votisq; vocaveris imbrem,
Heu magnum alterius frustra spectabis acervum,
Concussaque famem in sylvis solabere quercu.
Argutæ lamina serræ. *Sæpe* exiguus mus
Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit:
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.
- - *Populat* ingentem farris acervum
Curculio, atque inopi metuens formica senectæ.
Arbor se induit in florem.
Aut si luxuria foliorum exuberat umbra.
- - - *Vidi* omnia satis
In pejus ruere, ac retro sublapsa referri;
Non aliter, quam qui adverso vix flumine lembũ
Remigiis subigit: si brachia forte remisit,
Atque illum in præceps prono rapit alveus amne.
Libra die, somnique pares ubi fecerit horas,
Et medium luci atq; umbris jam dividet orbem.
Anni spem credere terræ.
Expectata seges vanis elusit avenis.
232, *Idcirco* certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi sol aureus astra.
Quinq; tenent cœlum zonæ, quarum una corusco
Semper sole rubens, & torrida semper ab igni:
Quam circum extremæ dextra, lævaq; trahuntur
Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris.
Has inter, mediamque duæ mortalibus ægris
Munere concessæ Divum: & via secta per ambas
Obliquus qua se signorum verteret ordo.
Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis,

Intempesta silet nox. *Au ora* diem reducit.
270. *Fas* & jura sinunt. *Coelum* dubium.
Segeti prætendere sepem: insidias avibus moliri.
Balantumque gregem fluvio mersare salubri.
Ipsa dies alios alio dedit ordine luna
Felices operum. *Tardi* agitator asselli.
Ter sunt conati imponere Pelio Ossam.
Aut cum sole novo terras irrorat Eous.
Interea longum cantu solare laborem.
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere cervis,
Auritosque sequi lepores, tum figere damas.
Cum nix alta jacet, glaciem cum flumina trudunt.
Seges gravida.
† Spicea jam campis cum messis inhorruit, & cum
Frumenta in viridi stipula lacten tia turgent.
Sæpe ego cum flavis messorem induceret agris
Agricola, & fragili jam stringeret hordea culmo,
Omnia ventorum concurrere prælia vidi.
† *Et* fœdam glomerant tempestatem imbrib9 atris
Collectæ ex alto nubes: ruit arduus æther.
Et pluvia ingenti sata læta, boumque labores
Diluit: implentur fossæ, & cava flumina crescunt
Cum sonitu, fervetque fretis spirantibus æquor.
Ipse pater, media nimborum in nocte, coruscа
Fulmina molitur dextra: quo maxima motu
Terra tremit: fugere feræ & mortalia corda
Per gentes humilis stravit pavor.
Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangunt.
Extremae sub casum hyemis, jam vere sereno.
Falcem maturis quisquam supponat aristis.

Et

Torta redimitus tempora quercu
Det motus incompositos, & carmina dicit.
Venti surgunt: agitata freta tumescunt,
Resonantia longe littora miscentur, & nemorum
murmur increbrescit.
Sæpe etiam stellas, vento impendente, videbis
Præcipites cœlo labi, noctisque per umbras
Flammarum longos a tergo albescere tractus.
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.
Nocturna carpentes pensa puellæ.
491. *At* nebulæ magis ima petunt, campoque recumbunt. *Seros* exercet noctua cantus.
Illa levem fugiens raptim secat æthera pennis.
Tum liquidas corvi presso ter gutture voces,
Aut quater ingeminant. *Nubila* ventus agit.
At si virgineum suffuderit ore ruborem.
- - *Quid* vesper serus vehat, nescis. +
- - *Solem* quis dicere falsum audeat?
Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam,
Flammarumq; globos, liquefactaq; volvere saxa.
Non alias cœlo ceciderunt plura sereno
Fulgura: nec diri toties arsere cometæ. +
494. *Agricola* in curvo terram molitur aratro.
Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem.
Vicinae ruptis inter se legibus urbes
Arma ferunt: sævit toto Mars impius orbe: +
Ut cum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt se in spatia: & frustra retinacula tendens,
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.
L. II. G. *Floret* ager: spumat plenis vindemia labris.
Mirabile dictu.

Tu-

Tuque ades, inceptumque una decurre laborem,
O decus, o famæ merito pars maxima noſtræ.
- - *Non* hic te carmine ficto,
Atque per ambages, & longa exorſa tenebo.
Jam, quæ ſeminibus jactis ſe ſuſtulit arbos,
Tarda venit, ſeris factura nepotibus umbram;
Pomaque degenerant ſuccos oblita priores.
Exiit ad cœlum ramis felicibus arbor.
109. *Nec* vero terræ ferre omnes omnia poſſunt.
Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert.
Squammeus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.
Hæc eadem argenti rivos, æriſque metalla
Oſtendit venis, atque auro plurima fluxit.
Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
Domum tardis decedunt plauſtra juvencis;
At rudis enituit impulſo vomere campus.
Quæ tenuem exhalat nebulam fumoſq; volucres,
Et bibit humorem, &, cum vult, ex ſe ipſa remittit;
Quæque ſuo viridi ſemper ſe gramine veſtit.
Ante locum capies oculis.
237. *Expecta* & validis terram proſcinde juvencis.
Frugibus infelix ea nec manſueſcit arando,
Pinguis item quæ ſit tellus, hoc denique pacto
Diſcimus: haud unquam manibus jactata fatiſcit,
Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo.
- - *Adeo* in teneris conſueſcere multum eſt.
Sin tumulis acclive ſolum.
Directæque acies, ac late fluctuat omnis
Ære renidenti tellus, nec dum horrida miſcent
Prælia, ſed dubius mediis mars errat in armis.

Ignis

Ignis frondes elapſus in altas
Ingentem cælo ſonitum dedit: inde ſecutus
Per ramos victor, perque alta cacumina regnat,
Et totum involvit flammis nemus, & ruit atram +
Ad cœlum picea craſſus caligine nubem:
Præſertim ſi tempeſtas a vertice ſylvis
Incubuit, glomeratque ſerens incendia ventus.
Tellurem borea rigidam ſpirante movere.
Rura gelu cum claudit hyems. +
Optima vinetis ſatio eſt, cum vere rubenti
Candida venit avis, longis inviſa colubris.
Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt. +
Avia cum reſonant avibus virgulta canoris.
Parturit almus ager, zephyriq; tepentibus auris
Laxant arva ſinus.
Sed trudit gemmas & frondes explicat omnes.
Cæli indulgentia terras excipit.
Exerce imperia, & ramos compeſce fluentes.
Verſibus incomtis ludunt, riſuque ſoluto.
Hinc omnis largo pubeſcit vinea fœtu.
400. *Redit* agricolis labor actus in orbem,
Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.
Frigidus & ſylvis aquilo decuſſit honorem: +
Iam tum acer curas venientem extendit in annum ruſticus.
O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint;
Agricolas: quibus ipſa procul diſcordibus armis,
Fundit humo facilem victum juſtiſſima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis
Mane ſalutantum totis vomit ædibus undam:
Nec varios inhiant pulchra teſtudine poſtes,

Illu-

Illusasque auro vestes.
477. At secura quies & nescia fallere vita,
Dives opum variarum.
Et patiens operum, parvoque assueta juventus?
Sacra Dei, sanctique patres: extrema per illos
Justitia, excedens terris, vestigia fecit.
Unde tremor terris: qua vi maria alta tumescant,
Obicibus ruptis, rursusque in se ipsa residant.
Sin has ne possim naturæ accedere partes,
Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis.
Felix, qui potuit rerum cognoscere causas.
Atque metus omnes & inexorabile fatum
Subjecit pedibus, strepitusque Acherontis avari.
Illum non populi fasces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans discordia fratres.
Condit opes alius, defossoque incubat auro.
Exilioque domos, & dulcia limina mutant,
511. Atque alio patriam quaerunt sub sole jacentem.
Agricola incurvo terram dimovit aratro.
- - - *Pomis* exuberat annus.
Glande sues læti redeunt, dant arbuta sylvæ;
Et varios ponit fœtus autumnus: & alte
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.
Inter se adversis luctantur cornibus hædi.
Nec dum etiam audierant inflari classica.
L. III. G. - - *Tentanda* via est, qua me quoque possim
Tollere humo, victorque virum volitare per ora.
Tardis ingens ubi flexibus errat
Mincius, & tenera prætexit arundine ripas.

Te

Te ſine nil altum mens inchoat: en age ſegnes
Rumpe moras - - -
Et vox aſſenſu nemorum ingeminata remugit.
51. - - *Optima* torvæ
Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix,
Et crurum tenus a mento palearia pendent.
Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo,
Aut juga detrectans, interdumque aſpera cornu,
Et faciem tauro propior, quæque ardua tota,
Et gradiens ima verrit veſtigia cauda.
Optima quæque dies miſeris mortalibus ævi
Prima fugit: ſubeunt morbi triſtisque ſenectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.
Prolem ſufficere, & in ſpem gentis ſubmittere.
Altius ingreditur. & mollia crura reponit.
Primus & ire viam & fluvios tentare minaces
Audet, & ignoto ſeſe committere ponti.
Nec varios horret ſtrepitus: illi ardua cervix,
Argutumque caput. brevis alvus, obeſaque terga,
Luxuriatque toris animoſum pectus, honeſti
Spadices glaucique: color deterrimus albis,
Et gilvo: tum ſi qua ſonum procul arma dedere,
Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus,
Collectumq; premens volvit ſub naribus ignem.
- - - *Cavatque*
Tellurem, & ſolido graviter ſonat ungula cornu.
Ruuntque effuſi carcere currus.
Cum ſpes arrectæ juvenum, exultantiaque haurit
Corda pavor pulſans.
- - *Illi* inſtant verbere torto,
Et proni dant lora; volat vi fervidus axis.
Tantus amor laudum, tantæ eſt victoria curæ!

Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
Quamvis sæpe fuga versos ille egerit hostes,
Et patriam Epirum referat, fortesque Mycænas.
Inualidique patrum referunt ieiunia nati.
Post partum cura in vitulos traducitur omnis.
Et campum horrentem fractis invertere glebis.
Iam vitulos hortare, viamque insiste domandi,
Dum faciles animi iuvenum, dum mobilis ætas.
Summo vestigia pulvere signant.
Currus agitare volantes, tractuque gementem
Ferre rotam, & plausæ sonitum cervicis amare.
Ipso At tribus exactis, ubi quarta accesserit æstas,
Carpere mox gyrum incipiat, gradibusq; sonare
Compositis, sinuetq; alterna volumina crurum,
- - Per aperta volans, ceu liber habenis,
Æquora, vix summa vestigia ponit arena.
- - - - *Campique* natantes
Lenibus horrescunt flabris.
- - - *Namque* ante domandum
Ingentes tollent animos; prensique negabunt
Verbera lenta pati & duris parere lupatis.
+ *Sed* non ulla magis vires industria firmat,
Quam venerem & cœci stimulos avertere amoris.
Illi alternantes multa vi prælia miscent
Vulneribus crebris; lavit ater corpora sanguis:
Versaque in obnixos urgentur cornua vasto
Cum gemitu, reboant sylvæque, & magnus Olympus.
232. *Et* tentat sese, atque irasci in cornua discit
Arboris obnixus trunco, ventosque lacessit
Ictibus,

Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena
Quid juvenis, magnum cui versat in ossibus ignem
Durus amor?
Avidis ubi subdita flamma medulis.
Pluvio contristat frigore cœlum.
Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. +
Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas.
Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum
Quam sit, & angustis hinc addere rebus honorem.
Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis
Raptat amor: - magno nunc ore sonandum.
Densior hinc soboles hinc largi copia lactis.
- - *Gravido* superant vix ubere limen.
- *Dum* mane novum, dum gramina canent,
Et ros in tenera pecori gratissimus herba est.
Inde, ubi quarta sitim cœli collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ.
Sic ubi magna Iovis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos.
Solis ad occasum; cum frigidus aëra vesper
Temperat, & saltus reficit jam roscida luna,
Littoraque halcyonem resonant, & acanthida dumi.
Sed jacet aggeribus niveis informis, & alto +
Terra gelu late, septemque assurgit in ulnas:
Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.
Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ.
Undaque jam tergo ferratos sustinet orbes;
Puppibus illa prius patulis, nunc hospita plaustris;
Æraque disiliunt vulgo, vestesque rigescunt
Indutæ: cæduntque securibus humida vina:

Et totæ ſolidam in glaciem vertere lacunæ:
Stiriaque impexis induruit horrida barbis.
Interea toto non ſecius aëre ningit:
Intereunt pecudes: ſtant circumfuſa pruinis
Corpora magna boum: confertoque agmine cervi
Torpent mole nova, & ſummis vix cornibus extant.
Cominus obtruncant ferro.
Hic noctem ludo ducunt.
- - - *Si* credere dignum eſt.
396. *Et* ſalis occultum referunt in lacte ſaporem.
Multi jam excretos prohibent a matribus hœdos,
Primaque ferratis præfigunt ora capiſtris.
Aut parco ſale contingunt, hyemique reponunt.
Nec tibi cura canum fuerit poſtrema.
Ingentem clamore premes ad retia cervum,
- - - *Aut* mala tactu
Vipera delituit. Flammantia lumina torquens;
Cum poſitis novus exuviis, nitidusque iuventa,
Volvitur. - - - -
Arduus ad ſolem, & linguis micat ore triſulcis.
Turpis oves tentat ſcabies, ubi frigidus imber
Altius ad vivum perſedit: - -
- - *Alitur* vitium vivitque tegendo:
Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor
Abnegat, & meliora Deum ſedet omnia poſcens,
457. *Quin* etiam ima dolor balantum lapſus ad oſſa
Cum furit, atque artus depaſcitur arida febris,
Profuit incenſos æſtus avertere, & inter

Ima

Ima ferire pedis salientem sanguine venam.
- - *Molli* succedere sæpius umbræ.
Continuo ferro culpam compesce, priusquam
Dira per incautum serpant contagia vulgus.
Nec via mortis erat simplex, sed ubi ignea venis
Omnibus acta sitis, miseros abduxerat artus.
Nec responsa potest consultus reddere vates.
- - - *Quatit* ægros
Tusis anhela sues, ac faucibus angit obesis.
Pellis & ad tactum tractanti dura resistit.
Sin in processu cœpit crudescere morbus.
Tum vero ardentes oculi, atque attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu gravis: imaque longo
Ilia singultu tendunt: it naribus ater
Sanguis, & obsessas fauces premit aspera lingua.
515. *Ecce* autem duro fumans sub vomere taurus
Concidit, & mistum spumis vomit ore cruorem,
Extremosque ciet gemitus.
Non umbræ altorum nemorum, non mollia possunt
Prata movere animum, non, qui per saxa volutus
Purior electro campum petit, amnis: at ima
Solvuntur latera, atque oculos stupor urget inertes,
Ad terramque fluit devexo pondere cervix.
Quid labor aut benefacta juvant? quid vomere terras
Invertisse graves? nec somnos abrumpit cura salubres.
Unguibus infodiunt fruges: montesque per altos

Contenta cervice trahunt ſtridentia plauſtra.
Non lupus inſidias explorat ovilia circum,
Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum
Cura domat; timidi damæ, cervique fugaces.
Iam maris immenſi prolem & genus omne natantum
Littore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus
Proluit - - -
LIV. GEORG. In tenui labor, at tenuis non gloria;
+*Seu* lento fuerint alvearia vimine texta,
Anguſtos habeant aditus: nam frigore mella
Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit.
Aut ubi odor cœni gravis, aut ubi concava pulſa
Saxa ſonant, vociſque offenſa reſultat imago.
Quod ſupereſt, ubi pulſam hyemem ſol aureus egit
Sub terras, cœlumque æſtiva luce recluſit,
Illæ continuo ſaltus, ſylvasque peragrant,
Purpureoſque metunt flores, & flumina libant
Summa leves: hinc neſcio qua dulcedine lætæ
Progeniem nidoſque fovent: hinc arte recentes
Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt.
Tinnitusque cie, ſeſe incunabula condent.
Sin autem ad pugnam exierint [nam ſæpe duobus
Regibus inceſſit magno diſcordia motu]
Continuoque animos vulgi, & trepidantia bello
Corda licet longe præſciſcere: namq; morantes
Martius ille æris rauci canor increpat, & vox
Auditur, fractos ſonitus imitata tubarum.
Ergo ubi ver nactæ ſudum.

In-

Ingentes animos angusto in pectore versant.
Invitent croceis nutantes floribus horti.
- - *Dapibus* mensas onerabat inemtis.
Quotque in flore novo pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem auctumno matura tenebat.
Verum hæc ipse equidem spatiis discluſus iniquis,
Prætereo, & aliis post commemoranda relinquo.
Prima favis ponunt fundamina; deinde tenaces
Suspendunt ceras: aliæ spem gentis adultos
Educunt fœtus: aliæ purissima mella
Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.
Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,
Aut onera accipiunt venientũ, aut agmine facto,
168. Ignavum fucos pecus a præsepibus arcent.
Fervet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.
Illi inter sese magna vi brachia tollunt.
- - - *Si* parva licet componere magnis,
Cecropias innatus apes amor urget habendi
Et munire favos & *Dedala* fingere tecta.
Omnibus una quies operum, labor omnibus unus.
Tantus amor florum, & generandi gloriæ mellis!
Ergo ipsas quamvis angusti terminus ævi
Excipiat [neque enim plus septima ducitur æstas]
At genus immortale manet, multosque per annos
Stat fortuna domus, & avi numerantur avorum.
- - - *Corpora* bello
Objectant, pulchramque petunt per vulnera mortem.
His quidam signis, atque hæc exempla sequuti,
Esse apibus partem divinæ mentis, & haustus
Æthereos dixere; DEUM namque ire per omnes

221. Terrasque tractusque maris, cœlumque profundum:
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas,
Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referri
Omnia nec morti esse locum; sed viva volare
Sideris in numerum, atque alto succedere cœlo.
Illis ira modum supra est: læsæque venenum
Morsibus inspirant, & spicula cœca relinquunt
Affixa in venis, animosque in vulnere ponunt.
Contusosque animos & res miserabere fractas
274. *In* foribus laxos suspendit aranea casses.
Quo magis exhaustæ fuerint, hoc acrius omnes
Incumbent generis lapsi sarcire ruinas.
+ *Continuo* est ægris alius color: horrida vultum
Deformat macies: tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & tristia funera ducunt.
Tum sonus auditur gravior, tractimque susurrant:
Frigidus ut quondam sylvis immurmurat auster,
Ut mare sollicitum stridet refluentibus undis,
Æstuat ut clausis rapidus fornacibus ignis.
Asper in ore sapor. *Facilis* quærentibus herba.
Tum vitulus bima curvans jam cornua fronte.
Garrula quem tignis nidum suspendit hirundo.
Tanta meæ si te ceperunt tædia laudis.
In mare purpureum violentior influit amnis.
- - - *Novit* namque omnia vates,
+ Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.
Neque illum orando flectes.

Me-

- - *Medios* cum sol accenderit æstus,
Cum sitiunt herbæ, & pecori iam gratior umbra est.

Formas se vertet in omnes.
Non te nullius exercent numinis iræ.
Te veniente die, te decente, canebat.
*Nescia*que humanis precibus mansuescere corda.
Quam multa in sylvis avium se millia condunt.
Iamque pedem referens; casus evaserat omnes.
Cum subita incautum clementia cepit amantem;
Quis tantus furor? en iterum crudelia retro
Fata vocant, conditque natantia lumina somnus.
Flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis late loca questibus implet.
Post, ubi nona suos aurora ostenderit ortus.
Haud mora, continuo matris præcepta facessit.
L. I. Æneid. *Multum* ille & terris iactatus & alto.
- - - *Tot* volvere casus
Insignem pietate virum, tot adire labores
Impulit. *Tantæne* animis cœlestibus iræ!
Urbs antiqua fuit studiis asperrima belli.
Nec dum etiam causæ irarum sævique dolores
Exciderant animo: manet alta mente repostum.
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.
- - *Una* cum gente tot annos
Bella gero.
Luctantes ventos, tempestatesque sonoras
Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat.
- - - Celsa sedet Æolus arce
Sceptra tenens, molitq; animos, & temperat iras.

Connubio jungam ſtabili, propriamque dicabo.
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat & pulchra faciat te p: ole parentem.
- - *Mihi* juſſa capeſſere fas eſt.
Qua data porta, ruunt, & terras turbine perflant.
90. Et vaſtos volvunt ad littora fluctus
Eripiunt ſubito nubes cœlumque diemque
Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra.
Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther.
Præſentemque viris intentant omnia mortem.
Quos ego! ſ d motos præſtat componere fluctus.
Matur ate fugam.
Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis.
Sic ait: & dicto citius tumida æquora placat.
Collectasque fugat nubes, ſolemque reducit,
- - - *Furor* arma miniſtrat
155 *Tum* pietate gravem, ac meritis, ſi forte virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectisque auribus adſtant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.
Flectit æquos, curruque volans dat lora ſecundo.
Dictis mœrentia pectora mulcet,
Oſocii [neque enim ignari ſumus ante malorum]
Opaſſi graviora: Dabit Deus his quoque finem.
Experti revocate animos. mœſtumque timorem
Mittite: forſan & hæc olim meminiſſe juvabit.
Per varios caſus per tot diſcrimina rerum
210. Tendimus in Latium, ſedes ubi fata quietas.
Oſtendunt: Illic fas regna reſurgere Trojæ.
Durate, & vosmet rebus ſervate ſecundis.

Ta-

Talia voce refert, curisque ingentibus æger
Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.
Postquam exemta fames epulis, mensæque remotæ,
Spemque metumque inter dubii - - -
- - Quæ te genitor sententia vertit?
Hoc equidem occasum Trojæ, tristesque ruinas
Solabar, fatis contraria fata rependens.
244. Nunc eadem fortuna viros tot casib9 actos,
Insequitur: quem das finem rex magne laborum?
It mare præruptū, & pelago premit arva sonanti.
Nos, tua progenies, cœli quibus annuis arcem,
Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?
Fabor enim, *quando* hæc te cura remordet.
His ego nec metas rerum, nec tempora pono,
Aspera tum positis mitescent sæcula bellis.
- - *Volat* ille per aëra magnum
Remigio alarum - - Ponuntque ferocia Pœni
Corda - - - -
At pius Æneas per noctem plurima volvens,
- - Ipse uno graditur comitatus Achate.
- - - Haud equidem tali me dignor honore,
345 - - Longa est injuria, longæ
Ambages; sed summa sequar fastigia rerum:
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes,
Vana spe lusit amantem,
- - - Dux fœmina facti,
Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris?
Quove tenetis iter? Quærenti talibus ille
Suspirans, imoque trahens a pectore vocem:

O Dea, si prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annales nostrorum audire laborum,
Ante diem clauso componet vesper olympo.
Nos Troja antiqua [si vestras forte per aures
380. Trojæ nomen iit] diversa per æquora vectos
Forte sua Lybicis tempestas appulit oris.
- - - Fama super æthera notus.
Perge modo, & qua te ducit via dirige gressum.
- - Pedes vestis defluxit ad imos.
- - Tali fugientem est voce sequutus.
Cur dextræ jungere dextram
Non datur, veras audire & reddere voces?
Thure calent aræ, sertisque recentibus halant.
Iura, magistratusque legunt, sanctumque senatum
O fortunati, quorum jam mœnia surgunt!
467. *Solve* metus: feret hæc aliquam tibi fama salutem.
Sic ait, atque animum pictura pascit inani,
† Multa gemens, largoque humectat flumine vultum.
Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo.
Dum stupet, obtutuque hæret defixus in uno.
Lætitiaque metuque avidi conjungere dextras
Ardebant: sed res animos incognita turbat.
Postquam introgressi & data copia fandi.
Justitiaque dedit gentes frænare superbas.
530. *Parce* pio generi, & propius res adspice nostras.
Est locus Hesperiam Graii cognomine dicunt,

Terra

Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ.
Rex erat Æneas nobis, quo justior alter +
Nec pietate fuit, nec bello major & armis.
Quem si fata virum servant, si vescitur aura
Ætherea, nec adhuc crudelibus occubat umbris.
Quassatam ventis liceat subducere classem.
Solvite corde metum, Teucri: secludite curas.
Vultis & his mecum pariter considere regnis?
Urbem quam statuo vestra est: subducite naves:
Tros, Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.
- - *Quæ* nunc animo sententia surgit?
Improvisus ait: Coram, quem quæritis, adsum.
- - - *Grates* persolvere dignas,
Non opis est nostræ. - - - -
In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ +
Lustrabunt convexa, polus dum sidera pascet,
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.
631. *Quare* agite, o tectis juvenes succedite nostris
Non ignara mali, miseris succurrere disco.
Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.
- - *Novas* artes, nova pectore versat
Consilia. Sub noctem cura recursat.
Ad te confugio & supplex tua numina posco.
Haud tanto cessabit cardine rerum.
- - - *Impiger* hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro,
Nec non & vario noctem sermone trahebat.

Multa

Multa superPriamo rogitans, superHectore multa
L. II. Æ. 1. *Conticuere* omnes intentique ora tenebant. - - *Quis* talia fando
+ Temperet a lacrymis? - Iam nox humida cœlo
Præcipitat, suadentque cadentia sidera somnos.
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros:
Quanquam animus meminisse horret, luctuque refugit.
+ *Scinditur* incertum studia in contraria vulgus.
Aut aliquis latet error: equo ne credite Teucri.
Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab uno
Disce omnes.
69. *Heu!* quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt
Accipere? aut quid jam misero mihi denique restat?
Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.
- - *Nec*, si miserum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.
Fando aliquid si forte tuas pervenit ad aures,
- - *Et* nos aliquod nomenque decusque
Gessimus. *Nunc* cassum lumine lugent.
Afflictus vitam in tenebris luctuque trahebant,
Et casum insontis mecum indignabar amici.
96. *Promisi* ultorem, & verbis odia aspera movi.
Hinc mihi prima mali labes.
+ *Obstupuere* animi gelidusque per ima cucurrit
Ossa tremor.
Composito rupit vocem. Intemerata fides.
Nec mihi jam patriam antiquâ spes ulla videndi.

Nec

Nec dulces natos, exoptatumque parentem.
Et culpam hanc miſerorum morte piabunt.
Tu modo promisſis maneas, ſervataque ſerves.
Diffugimus viſu exſangues.
222. *Clamores* ſimul horrendos ad ſidera tollit.
Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis
Inſinuat pavor.
Vertitur interea cœlum, & ruit oceano nox,
Involvens umbra magna terramque polumque.
Conticuere: ſopor ſeſſos complectitur artus.
Doli fabricator,
Invadunt urbem ſomno vinoque ſepultam.
Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono divum gratiſſima ſerpit.
Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo!
Mœſtas expromere voces.
285. - - *Quæ* cauſa indigna ſerenos
Fœdavit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?
Sed graviter gemitus imo de pectore ducens.
Hoſtis habet muros: ruit alto a culmine Troja,
Clareſcunt ſonitus, armorumque ingruit horror.
Excutior ſomno, & ſumma faſtigia tecti
Adſcenſu ſupero, atque arrectis auribus adſto.
- - Iam proximus ardet Ucalegon.
Exoritur clamorque virum, clangorq; tubarum:
134. Arma amens capio, nec ſat rationis in armis.
Sed glomerare manum bello & concurrere in arcem
Cum ſociis ardent animi: furor, iraque mentem
Præcipitant, pulchrumq; mori ſuccurrit in armis.
Vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit:

Venit

Venit summa dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ: fuimus Troës: fuit Ilium & ingens
Gloria Teucrorum. *Stat* ferri acies mucrone coruſco
Stricta parata neci. *Coeco* Marte reſiſtunt.
- - - - *Quae* ſit rebus fortuna videtis.
Una ſalus victis nullam ſperare ſalutem.
367. *Quondam* etiam victis redit in præcordia virtus.
Feſtinate viri: nam quæ tam ſera moratur
Segnities? Adſpirat primo fortuna labori.
O ſocii, qua prima, inquit, fortuna ſalutis
Monſtrat iter, quaque oſtendit ſe dextra; ſequamur.
- - *Dolus*, an virtus, quis in hoſte requirat?
Multaque per cœcam congreſſi prælia noctem
Conſerimus.
402. *Heu* nihil invitis fas quenquam fidere divis,
Ilicet obruimur numero.
- - - *Nec* te tua plurima,
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.
- - - *Nec* ſaxa, nec ullum
Telorum interea ceſſat genus.
Nunc poſitis novus exuviis, nitidusque juventa,
Lubrica convolvit ſublato pectore terga.
Arduus ad ſolem, & linguis micat ore triſulcis.
At domus interior gemitu, miſeroque tumultu
Miſcetur. Labat ariete crebro
Janua, & emoti procumbunt cardine poſtes.
506. *Forſitan*, & Priami fuerint quæ fata, requiras.

Cin-

Cingitur, ac denſos fertur moriturus in hoſtes.
Non tali auxilio, nec defenſoribus iſtis
Tempus eget. *Huc* tandem concede, hæc ara tuebitur omnes.
Concidit, ac multo vitam cum ſanguine fudit.
Telumque imbelle ſine ictu conjecit.
Implicuitque comam læva, dextraque coruſcum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit enſem.
- - - *Iacet* ingens littore truncus.
Avulſumque humeris caput & ſine nomine corpus.
At me tum primum ſævus circumſtitit horror,
Obſtupui; ſubiit chari genitoris imago.
Ut regem æquævum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem. *Corpora* ſaltu
Ad terram miſere
Exarſere ignes animo: ſubit ira, cadentem
Ulciſci Patriam, & ſceleratas ſumere pœnas.
- - *Nullum* memorabile nomen
Fœminea in pœna eſt, nec habet victoria laudem.
Nate, quis indomitas tanto dolor excitat iras?
Quid furis? aut quonam noſtri tibi cura receſſit?
- - - *Verum* inclementia Divûm
Has evertit opes, ſternitque a culmine Trojam.
Fundamenta quatit, totamque a ſedibus urbem
Eruit. *Vos*, o quibus integer ævi
Sanguis, ait, ſolidæque ſuo ſtant robore vires,
Vos agitate fugam.
Ipſe manu mortem inveniam.

Fact-

- - - *Facilis* jactura sepulcri est.
655. *Rursus* in arma feror, mortemque miserrimus opto.
Et sedet hoc animo. *Patet* isti janua letho.
Sin aliquam expertus sumtis spem ponis in armis.
At pater Anchises oculos ad sidera lætus
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit.
Jupiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,
Adspice nos. - - -
Iam iam nulla mora est, sequor, &, qua ducitis, adsum.
- - *Nec Nate Tibi* comes ire recuso
Succedoque oneri: dextræ se parvus Iulus
Implicuit, sequiturque patrem non passibus æquis.
- - *Nec* post oculis est reddita nostris.
Stat casus renovare omnes, omnemque reverti
Per Trojam, & rursus caput objectare periclis.
Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
Volvitur; exsuperant flammæ; furit æstus ad auras
Obstupui steteruntque comæ & vox faucibus hæsit.
L. III. Æ. 7. *Incerti* quo fata ferant, ubi sistere detur.
Horrendum & dictu video mirabile monstrum.
- - *Mihi* frigidus horror
Membra quatit, gelidusque coit formidine sanguis
Eloquar, an sileam?
Tum vero ancipiti mentem formidine pressus.

Quid

- - *Quid* non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames? *postquam* pavor ossa reliquit.
Omnibus idem animus, scelerata excedere terra;
61. Linquere pollutum hospitium, & dare classibus austros,
Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus.
Da pater augurium, atque animis illabere nostris.
Tremere omnia visa repente,
Liminaque, laurusque DEI, totusque moveri Mons circum.
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.
Ergo agite & divum ducunt qua jussa, sequamur.
Nauticus exoritur vario certamine clamor.
Quem fessis finem rebus feret?
Nox erat, & terris animalia somnus habebat.
Tum gelidus toto manabat corpore sudor,
Corripio e stratis corpus, tendoque supinas
Ad cœlum cum voce manus, & munera libo
Intemerata focis.
Remque ordine pando.
188. *Cedamus* Phœbo, & moniti meliora sequamur,
Involvere diem nimbi, & nox humida cœlum
Abstulit. *Rupitque* hanc pectore vocem.
Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta.
At sociis subita gelidus formidine sanguis
Diriguit: cecidere animi.
Dii prohibete minas! dii talem avertite casum!
Interea magnum sol circumvolvitur annum. +
Et glacialis hyems aquilonibus asperat undas.
Diriguit visu in medio, calor ossa reliquit.
Vitamque extrema per omnia duco.

Scelerum furiis agitatur Oreſtes.
Quid puer Aſcanius? ſuperatne, & veſcitur aura?
Talia fundebat lacrymans, longosque ciebat
Incaſſum fletus.
Et multum lachrymas verba inter ſingula fundit.
Fata viam invenient, aderitque vocatus Apollo.
Tantum ævi longingua valet mutare vetuſtas.
Quamvis increpitent ſocii, & vi curſus in altum
Vela vocet, posſisque ſinus implere ſecundos;
Quin adeas vatem, precibusque oracula poſcas.
Et nunc æquali tecum pubeſceret ævo.
Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis.
Vivite felices, quibus eſt fortuna peracta
Jam ſua! nos alia ex aliis in fata vocamur.
Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum.
- - - *Maneat* noſtros ea cura nepotes,
Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci.
Corpora curamus: feſſos ſopor irrigat artus.
Nec dum orbem medium nox horis acta ſubibat.
Explorat ventos, atque auribus aëra captat:
Sidera cuncta notat tacito labentia cœlo.
Iamque rubeſcebat ſtellis aurora fugatis.
Ferte viam vento facilem, & ſpirate ſecundi.
Crebreſcunt optatæ auræ, portusque pateſcit.
Vela legunt ſocii, & proras ad littora torquent.
Interea feſſos ventus cum ſole reliquit.

Ignari-

Ignariquæ viæ Cyclopum allabimur oris.
Portus ab acceſſu ventorum immotus, & ingens
Ipſe, ſed horrificis juxta tonat Ætna ruinis:
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo, & candente favilla;
Attollit globos flammarum, & ſidera lambit.
Interdum ſcopulos, avulſaque viſcera montis
Erigit eructans, liquefactaque ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exæſtuat imo.
Nam neque erant aſtrorum ignes, nec lucidus æthra
Siderea polus, obſcuro ſed nubila cœlo,
Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.
Humentemque aurora polo dimoverat umbram.
Nec viſu facilis, nec dictu affabilis ulli.
Tertia jam lunæ ſe cornua lumine complent.
Vos animam hanc potius quocunque abſumite letho.
Dentibus infrendens gemitu.
Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum;
Trunca manum pinus regit, & veſtigia firmat:
Lanigeræ comitantur oves: ea ſola voluptas,
Solamenque mali de collo fiſtula pendet.
Senſit & ad ſonitum vocis veſtigia torſit.
Præcipites metus acer agit, quocunque rudentes
Excutere, & ventis intendere vela ſecundis.

Hic labor extremus; longarum hæc meta viarum.
L. IV. Æ. *Vulnus* alit venis & cœco carpitur igni.
- - Quæ me *ſuſpenſam* inſomnia terrent.
Quis novus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes!
Degeneres animos timor arguit.
Si mihi non animo fixum, immotumque ſederet,
Ne cui me vinclo vellem ſociare jugali.
Solus hic inflexit ſenſus, animumque labentem
Impulit. Pendetque iterum narrantis ab ore
+ *Poſt* ubi digreſſi, lumenque obſcura vicisſim
Luna premit; ſvadentq; cadentia ſidera ſomnos.
Saltus indagine cingunt. *Tonitru* cœlum omne ciebo.
- - - *Tua* ſi mihi certa voluntas,
Connubio jungam ſtabili, propriamque dicabo.
135. Stat ſonipes, ac fræna ferox ſpumantia mandit.
Tandem progreditur magna ſtipante caterva.
Tranſmittunt curſu campos, atq; agmina cervi
Pulverulenta fuga glomerant, montesque relinquunt.
Interea magno miſceri murmure cœlum
Incipit: inſequitur commiſta grandine nimbus.
Fama malum, quo non aliud velocius ullum.
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo:
Parva metu primo, mox ſeſe attollit auras,
Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit,
Tam ficti pravique tenax, quam nuncia veri.
Incenditque animum dictis, atque aggerat iras.
229. - *Totum* ſub leges cum mitteret orbem.

Atlan-

Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit. +
Regnator cœlum & terras qui numine torquet,
Si te nulla movet tantarum gloria rerum.
Nec *super* ipse tua moliris laude laborem.
Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.
At vero Æneas adspectu obmutuit amens,
Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus hæsit.
Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc
In partesque rapit varias, perque omnia versat.
Hæc alternanti potior sententia visa est.
295. *Imperio* læti parent, ac jussa facessunt.
Omnia tuta timens.
Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.
Pro re pauca loquar.
Me si fata meis paterentur ducere vitam
Auspiciis, & sponte mea componere curas.
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt. +
Vocem his auribus hausi.
Desine meque tuis incendere, teque querelis.
Nusquam tuta fides.
Scilicet is superis labor est: ea cura quietos
Sollicitat.
Et cum frigida mors animaseduxerit artus.
Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas.
400. *Ac veluti* ingentem formicæ farris acervum
Cum populant, hyemis memores, tectoque reponunt.
It nigrum campis agmen, prædamque per herbas

Convectant calle anguſto. Pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris: pars agmina cogunt
Caſtigantque moras: opere omnis ſemita fervet.
+ *Improbe* amor, quid non mortalia pectora cogis!
Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem.
Cur mea dicta negat tutas demittere in aures?
Sola viri molles aditus & tempora noras.
Fata obſtant, placidasque viri DEus obſtruit aures.
Ac veluti annoſam valido cum robore quercum
441. Alpini Boreæ nunc hinc nunc flatibus illinc
Eruere interſe certant, it ſtridor, & alte
Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes.
Ipſa hæret ſcopulis, & quantum vertice ad auras
Æthereas, tantum radice in tartara tendit.
Haud ſecus aſſiduis hinc atq; hinc vocibus heros
Tunditur, & magno perſentit pectore curas.
Mens immota manet, lachrymæ volvuntur inanes.
Tædet cœli convexa tueri.
- - *Nox* cum terras obſcura teneret.
Sæpe queri, & longas in fletum ducere voces
- - *Ultricesque* ſedent in limine diræ.
477. *Conſilium* vultu tegit & ſpem fronte ſerenat.
Noctu nosque ciet manes.
Hæc effata ſilet, pallor ſimul occupat ora.
+ *Nox* erat & placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora per terras: ſylvæque & ſæva quierant
Æquo-

Æquora: cum medio volvuntur sidera lapsu,
Cum tacet omnis ager, pecudes pictæque volucres,
Quæque lacus late liquidos, quæq; aspera dumis
Rura tenent,
Et bene apud memores veteris stat gratia facti.
Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
Degere more feræ, tales nec tangere curas?
553 *Tantos* illa suo rumpebat pectore questus.
Carpebat somnos, rebus jam rite paratis.
- - *Potes* hoc sub casu ducere somnos?
Illa dolus dirumque nefas in pectore versat,
Certa mori, varioque irarum fluctuat æstu.
Si te his attigerit terris aurora morantem.
Eia age, rumpe moras. *Varium* & mutabile semper
Fœmina. *Corripit* e somno corpns.
Præcipites vigilate viri, & considite transtris,
Solvite vela citi. DEus æthere missus ab alto.
Idem omnes simul ardor habet: rapiuntque ruuntque
Et jam prima novo spargebat lumine terras +
585. Tithoni croceum linquens aurora cubile.
Ferte citò flammas, date vela, impellite remos.
Quid loquor? aut ubi sum? quæ mentem insania mutat?
En dextra fidesque!
Ascanium patriis epulandum apponere mensis,
Verum anceps pugnæ fuerat fortuna.
Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras,

Videatque indigna ſuorum funera. ſe ſub leges paces iniquæ tradere.
Hæc ait & partes animum verſabat in omnes.
- - Quæ rite incepta paravi,
Perficere eſt animus, finemque imponere curis.
Accipite hanc animam, meque his exſolvite curis.
Vixi, &, quem dederat curſum fortuna, peregi:
Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.
- - *Concuſſam* bacchatur fama per urbem
Unguibus ora ſoror fœdans, & pectora pugnis,
Iris, croceis per cœlum roſcida pennis,
Mille trahens varios adverſo ſole colores.
L. V. Æ. 22. - *Superat* quoniam fortuna ſequamur.
Quoque vocat, vertamus iter.
+*Annuus* exactis completur menſibus orbis.
Ergo agite & cuncti lætum celebremus honorem,
+*Præterea*, ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radiisque retexerit orbem.
Dixerat hæc: adytis cum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit.
138. *Corda* pavor pulſans, laudumque arrecta cupido.
Non tam præcipites biiugo certamine campum
Corripuere; runtque effuſi carcere currus:
Nec ſic immiſſis aurigæ undantia lora
Concuſſere iugis, pronique in verbera pendent.
Tum plauſu fremituq; virum, ſtudiisq; faventum
Conſonat omne nemus, vocemq; incluſa volutant
Littora: pulſati colles clamore reſultant.
126. *Quo* tantum mihi dexter abis? huc dirige curſum.

Tum

Tum vero exarsit juveni dolor ossibus ingens,
Nec lacrymis caruere genæ. +
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto;
Qualis spelunca subito commota columba,
Cui domus, & dulces latebroso in pumice nidi,
Fertur in arva volans, plausumq; exterrita pennis
Dat tecto ingentem: mox aëre lapsa quieto
Radit iter liquidum, celeres neq; commovet alas.
Instigant studiis: resonat clamoribus æther.
Hos successus alit: possunt, quia posse videntur.
276. *Nequicquam* longos fugiens dat corpore tortus
Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis.
Multi præterea, quos fama obscura recondit.
Accipite hæc animis, lætasque advertite mentes:
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit,
Equus phaleris insignis,
Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.
Me liceat casum miserari insontis amici.
Nunc si cui virtus, animusque in pectore præsens
Adsit, & evinctis attollat brachia palmis.
Sanguis hebet, frigentq; effœtæ in corpore vires.
408. *Huc* illuc vinclorum immensa volumina versat,
Tum senior tales referebat pectore voces.
Dum melior vires sanguis dabat; æmula nec dum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Hic membris, & mole valens: sed tarda trementi
Genua, labant: vastos quatit æger anhelitus artus

Multa viri nequicquam inter se vulnera jactant,
Multa cavo lateri ingeminant, & pectora vastos
Dant sonitus, erratque aures & tempora circum
Crebra manus, duro crepitant sub vulnere malæ.
Acrior ad pugnam redit, & vim suscitat ira.
Tum pudor incendit vires, & conscia virtus.
Nec mora, nec requies: quam multa grandine nimbi
Culminibus crepitant: sic densis ictibus heros
Creber utraque manu pulsat, versatque Dareta.
460. *Procedunt* longius iræ.
Infelix, quæ tanta animum dementia cepit!
Cede Deo: dixitque & prælia voce diremit.
At illum fidi æquales, genua ægra trahentem,
Jactantemque utroque caput, crassumque cruorem
Ore ejectantem, ducunt.
Nomen avi referens.
Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus
Adversis spatiis, alternosque orbibus orbes
Impediunt, pugnæque cient simulacra sub armis.
Ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque
Mille viis habuisse dolum: qua signa sequendi
Falleret indeprensus, & irremeabilis error.
Vox omnibus una. - - O gens
Infelix; cui te exitio fortuna reservat.
+ *Septima* post Troiæ excidium jam vertitur æstas.
Inhospita saxa.
- - *Deus* ipse faces animumque ministrat.
Arrectæ mentes; stupefactaque corda.

Quis

Quis furor iste novus? quo nunc, quo tenditis, inquit.
- - Cursus ut lætus equestres
Ducebat sic acer equo.
Sed non idcirco flammæ atque incendia vires
Indomitas posuere: udo sub robore vivit
Stuppa vomens tardum fumum.
Nunc, pater, & tenues Teucrum res eripe letho!
Tempestas sine more furit, tonitruque tremiscunt +
Ardua terrarum, & campi; ruit æthere toto
Turbidus imber aqua, densisque nigerrimus austris.
At pater Æneas, casu concussus acerbo,
701. *Nunc* huc ingentes, nunc illuc pectore curas
Mutabat versans, Siculisne resideret arvis,
- - *Quo* fata trahunt retrahuntque sequamur,
Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est,
Hunc cape consiliis socium.
Tum vero in curas animis diducitur omnes.
Edocet, & quæ nunc animo sententia constet.
Haud mora consiliis; nec jussa recusat Acestes,
Exigui numero, sed bello vivida virtus.
Nunc quoque mens eadem perstat mihi, pelle timores,
Permulsit pectora dictis.
Iungit equos curru genitor, spumantiaque addit
Fræna feris, manibusq; omnes effundit habenas,
Gaudia pertentant mentem.
Iamque fere mediam cœli nox humida metam +
Contigerat: placida laxarant membra quiete.

845.

845. *Pone* caput, fessosque oculos furare labori:
Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.
O nimium cœlo, & pelago confise sereno,
Nudus in ignota, Palinure jacebis arena.
L. VI. *Æneid.* 95. Tu ne cede malis: sed contra audentior ito,
Quam tua te fortuna sinet:
Omnia præcepi, atq; animo mecum ante peregi.
+ - - *Facilis* descensus averni:
Noctes atque dies patet atri janua ditis:
Sed revocare gradum, superasque evadere ad auras; hoc opus, hic labor est.
165. Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.
Si credere dignum est.
- - *Ubi* pinguem dives opacat
Ramus humum: tuque o dubiis nec defice rebus.
Adventante Deo procul, o procul, este, profani!
Tuque invade viam, vaginaque eripe ferrum.
Ille ducem haud timidis vadentem passibus æquat.
Pandere res alta terra & caligine mersas.
Quale per incertam lunam sub luce maligna
Est iter in sylvis, ubi cœlum condidit umbra
Juppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.
+ *Quam* multa in sylvis autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto
311. Quam multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus
Transpontum fugat, & terris immittit apricis.
- - *Sortem* miseratus iniquam.

Sed

Sed cape dicta memor, duri solatia casus.
Si te nulla movet tantæ pietatis imago.
- - *Tumida* ex ira tum corda residunt.
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Personat adverso recubans immanis in antro.
Quos dulcis vitæ exsortes, & ab ubere raptos +
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
Siste gradum, teque adspectu ne subtrahe nostro.
Lenibat dictis animum, lacrymasque ciebat.
465. Nec magis incepto vultum sermone movetur,
Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.
Idecus, i, nostrum: melioribus utere fatis.
Discite justitiam moniti & non temnere divos.
Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum, +
Ferea vox, omnes scelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.
Inventas aut qui vitam excoluere per artes,
Quique sui memores alios fecere merendo.
686. *Effusæq;* genis lachrymæ, & vox excidit ore. +
Largo fletu simul ora rigabat.
Ac veluti in pratis, ubi apes æstate serena
Floribus insidunt variis & candida circum
Lilia funduntur: strepit omnis murmure campus,
- - *Ordine* singula pandit.
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet,

Igne-

Igneus est illis vigor & cœlestis origo.
Ergo exercentur poenis, veterumque malorum
Supplicia expendunt. *Sub* gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.
Quisque suos patimur manes.
Ne, pueri, ne tanta animis assuescite bella,
Neu patriæ validas in viscera vertite vires.
Unus qui nobis cunctando restituit rem.
Credo equidem vivos ducent de marmore vultus.
Parcere subjectis & debellare superbos.
Ostendent terris hunc tantum fata; neque ultra
Esse sinent. Manibus date lilia plenis.
Incenditque animum famæ venientis amore.
L. VII. Æ. *Urit* odoratam nocturna in lumina cedrum.
Arguto tenues percurrens pectine telas.
Neptunus ventis implevit vela secundis.
Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.
Postera cum prima lustrabat lampade terras
Orta dies. - *Primævo* flore juventus
282. Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi.
Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.
Tu potes unanimes armare in prælia fratres,
Atque odiis versare domos.
Disjice compositam pacem; sere crimina belli.
Sævit amor ferri & scelerata insania belli,
Exultant æstu latices, furit intus aquæ vis.
Direxere acies: non jam certamine agresti,
Stipitibus duris agitur, sudibusve præustis
Jam mihi parta quies, omnisque in limine portus.

Ad

Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.
L. VIII. *Æneid.* 19. *Cuncta* videns, magno cura- +
rum fluctuat æstu:
Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit
illuc,
In partesque rapit varias, perque omnia versat.
Nox erat & terras animalia fessa per omnes,
Alituum, pecudumque genus sopor altus habebat.
Sol medium coeli conscenderat igneus orbem. +
Accipe daque fidem: sunt nobis fortia bello
Pectora; sunt animi, & rebus spectata juventus.
Tum mihi prima genas vestibat flore juventa.
Compellare virum, & dextræ conjungere dextram
Et lux cum primum terris se crastina reddet,
Auxilio lætos dimittam, opibusque juvabo.
Postquam exempta fames, & amor compressus
edendi.
Faucibus ingentem fumum, mirabile dictu!
Evomit, involvitque domum caligine cæca
334. *Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.*
Accepit solitam flammam, notusque medullas
Intravit calor, & labefacta per ossa cucurrit.
Illi inter se magna vi brachia tollunt
In numerum, versantque tenaci forcipe massam.
Nec minus Æneas se matutinus agebat.
Corgressi jungunt dextras, mediisque residunt
Ædibus, & licito tandem sermone fruuntur.
Suspiciunt: iterum atque iterum fragor intonat
ingens.
Fama volat, parvam subito vulgata per urbem.
O mihi præterios referat si Juppiter annos!

Qua-

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

+ L. IX. *Æneid.* 37. *Ferte* citi ferrum, date telá, scandite muros:
Hostis adest.
Obicjiunt portas & præcepta faces sunt.
+ *Ac veluti* pleno lupus insidiatur ovili,
Cum fremit ad caulas, ventos perpessus, & imbres,
Nocte super media; tuti sub matribus agni
Balatum exercent: ille asper & improbus ira
Sævit in absentes: collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces:
Haut aliter Rutulo, muros & castra tuenti,
Ignescunt iræ & duris dolor ossibus ardet.
Nunc adeo melior quoniam pars acta diei,
Quod super est, læti bene gestis corpora rebus
Procurate viri, & pugnam sperate parati.
181. *Ora* puer prima signans intonsa juventa.
Tunc quoque communi portam statione tenebant.
Aut pugnam, aut aliquid jam dudum invadere magnum,
Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est.
Cernis, quæ Rutulos habeat fiducia rerum?
Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat?
Equidem de te nil tale verebar,
- - *Causas* nequicquam nectis inanes.
Nec mea jam mutata loco sententia cedit.
Cetera per terras omnes animalia somno

La-

Laxabant curas, & corda oblita laborum.
Hic annis gravis, atque animi maturus Alethes.
Quæ vobis, quæ digna, viri, pro talibus ausis
Præmia posse rear solvi?
Reddite conspectum: nihil illo triste recepto.
Te vero, mea quem spatiis propioribus ætas
Insequitur, venerande puer, jam pectore toto
Accipio, & comitem casus complector in omnes.
Nulla meis sine te quæretur gloria rebus.
Atque animum patriæ strinxit pietatis imago.
Ante annos animumque gerens curamque virilem,
Multa patri portanda dabat mandata: sed auræ
Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant
Me, me: adsum, qui feci: in me convertite ferrum.
Talia dicta dabat: sed viribus ensis adactus
Transadigit costas, & candida pectora rumpit.
Volvitur Euryalus letho, pulchrosque per artus
It cruor, inque humeros cervix collapsa recumbit.
Purpureus veluti cum flos succisus aratro
Languescit moriens, lassove papavera collo
Demisere caput, pluvia cum forte gravantur.
- - *Instat* non segnius, ac rotat ensem
Fulmineum.
Nulla dies unquam memori vos eximet ævo,
Jam sole infuso, jam rebus luce retectis,

+ *Interea* pavidam volitans pennata per urbem
Nuncia fama ruit, matrisque allabitur aures
Euryali; ac subitus miseræ calor ossa reliquit.
Quas tibi tum ferro strages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quisque virum demiserit orco.
Procubuit subito, & cœlum tonat omne fragore.
At patiens operum, parvoque assueta juventus,
Aut rastris terrã domat, aut quatit oppida bello.
Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis!
Lætitiaq; fremunt, animosque ad sidera tollunt.
+ *Macte* nova virtute puer, sic itur ad astra
L. X. *Æneid.* 49. *Et* quamcunque viam dederit fortuna, sequamur.
.. - *Quid* me alta silentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
+ *Tu* pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta.
Tros Rutulusve fuat nullo discrimine habebo.
Audentes fortuna juvat.
Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris
Fidite ne pedibus: ferro rumpenda per hostes
Est via, qua globus ille virum densissimus urget.
Numina nulla premunt; mortali urgemur ab hoste.
+ *Stat* sua cuique dies: breve & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ: sed famam extendere factis
Hoc virtutis opus. Audentes fortuna juvat.
Qualis gemma micat, fulvum quæ dividit aurum
Edocet, humanis quæ sit fiducia rebus.

Nes-

Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ,+
Et servare modum, rebus sublata secundis.
Dat sine mente sonum gressusque effingit euntis,
Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.
Quo moriture ruis? maloraque viribus audes?
L. XI. *Æneid.* 132. *Et* jam fama volans, tanti præ-
nuncia luctus.
Consulite in medium, & rebus succurrite fessis.
Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.
Multa dies variusque labor mutabilis ævi
Rettulit in melius: multos alterna revisens
Lusit, & in solido rursus fortuna locavit
Intemerata colit quæ virginitatis amorem.
Ultricem pharetra deprome sagittam.
Tros, Italusve, mihi pariter des sanguine pœnas.
- - *Intra* jactum teli progressus.
- - Quæ tanta animis ignavia venit.
Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro.
Heu nimium, virgo, nimium crudele luisti
Supplicium, Teucros conata lacessere bello.
Nam quicunque tuum violavit vulnere corpus.
Morte luet merita.
Cur diversus abis - - huc dirige gressum.
L. XII. *Æneid.* 37. - - *Quæ* mentem insania +
mutat?
Tu requies miseræ, decus, imperiumque Latini,
Te penes, in te omnis domus inclinata recumbit.
His agitur furiis, totoque ardentis ab ore
Scintillæ absistunt: oculis micat acribus ignis,
Postrea vix summos spargebat lumine montes

Orta dies. Æqua solo fumantia culmina ponam.
Perge: decet, forsan miseros meliora sequentur,
Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques.
Talibus inter se firmabant fœdera dictis.
- - - *In* æternam clauduntur lumina noctem.
Abstulit ense caput, truncumque reliquit arena.
396. *Scire* potestates herbarum, usumque medendi.
- - - - prensatque tenaci forcipe ferrum.
Disce puer virtutem ex me, verumque laborem,
Fortunam ex aliis.
+ - - *Gelidusque* per ima cucurrit ossa tremor.
Iam tandem invasit medios, & Marte secundo
Terribilis sævam nullo discrimine cædem
Suscitat, irarumque omnes effundit habenas.
Æneas Turnusque ruunt per prælia: nunc nunc
Fluctuat ira intus: rumpuntur nescia vinci
Pectora, nunc totis in vulnera viribus itur.
Hinc totam infelix vulgatur fama per urbem.
+ 665. *Obstupuit*, varia confusus imagine rerum
Turnus, & obtutu tacito stetit: æstuat ingens
Imo in corde pudor, mistoque insania luctu.
Ut primum discussæ umbræ, & lux reddita menti est.
Quo DEus, & quo dura vocat fortuna, sequamur.
Irarum tantos volvis sub pectore fluctus.
Illi membra novus solvit formidine torpor,
Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus hæsit.
Ac velut in somnis, oculos ubi languida pressit
Nocte

Nocte quies, nec quicquam avidos extendere cursus
Velle videmur, & in mediis conatibus ægri
Succidimus, non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox, nec verba sequuntur.
Consurgunt gemitu Rutuli, totusque remugit
Mons circum, & vocem late nemora alta remittunt.
Hoc dicens ferrum adverso sub pectore condit
Fervidus; ast illi solvuntur frigore membra,
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

FLORES EX HORATIO.

CARMINUM SEU ODARUM L. I.

Od. 1.

Mæcenas atavis edite regibus, O & præsidium & dulce decus meum.
Attalicis conditionibus me nunquam dimoveas, ut &c.
Indocilis pauperiem pati.
Multos castra juvant, & lituo tubæ permistus sonitus, bellaque matribus detestata.
Quod si me Lyricis vatibus inseres, sublimi feriam sidera vertice.
Od. 2. *Serus* in cœlum redeas diuque lætus interris populo.

Od. 3. *Illi* robur & æs triplex circa pectus erat, qui fragilem truci commisit pelago ratem primus, nec timuit præcipitem africum; decertantem aquilonibus.

Audax omnia perpeti, gens humana ruit per veritum nefas.

+ *Nil* mortalibus arduum est: cœlum ipsum petimus stultitia: neque per nostrum patimur scelus, iracunda Jovem ponere fulmina.

+ Od. 4. *Solvitur* acris hyems grata vice veris & favoni

Neque jam stabulis gaudet pecus, aut arator igni, nec prata canis albicant pruinis.

Alterno terram quatiunt pede.

Viridi myrto impedire caput.

+ *Pallida* mors æquo pulsat pede pauperum tabernas regumque turres:

Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam.

Od. 6. *Conamur* tenues grandia.

Od. 7. *Bimaris* Corinthus. *Thessala* tempe.

+ *Albus* ut obscuro deterget nubila cœlo sæpe notus, neque parturit imbres perpetuos; sic tu sapiens finire memento tristitiam, vitæque labores.

Nil desperandum Teucro duce, & auspice Teucro.

Od. 9. *Gelu* flumina consistunt acuto.

Stravere ventos æquore fervido deprælientes.

Quem fors dierum cunque dabit, lucro appone.

Od. 10. *Tu* pias lætis animas reponis sedibus,

Od. 11.

Od. 11. *Spatio* brevi spem longam reseces: dum loquimur, fugerit invida ætas: carpe diem, quam minimum credulus postero.

Od. 12. *Minax* ponto unda recumbit.

Crescit occulto velut arbor ævo fama Marcelli: micat inter omnes Iulium sidus, velut inter ignes luna minores.

Od. 13. *Væ meum* fervens difficili bile tumet jecur: tunc nec mens mihi, nec color certa sede manet, humor & in genas furtim labitur.

Od. 16. *Mare* naufragum.

Insani leonis vim stomacho opposuisse suo.

Od. 18. *Mordaces* diffugiant sollicitudines.

Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem.

Arcanique fides prodiga, perlucidior vitro.

Od. 22. *Integer* vitæ scelerisque purus non eget Mauri jaculis, neq; arcu, nec venenatis gravida sagittis, Fusce, pharetra.

Od. 24. *Quintilium* perpetuus sopor urget, cui pudor, & iustitiæ soror incorrupta fides, nudaque veritas, quando ullum inveniet parem? Multis ille bonis flebilis occidit.

Precibus fata recludere.

Levius fit patientia, quicquid corrigere est nefas.

Od. 25. *Amat* Janua limen, quæ prius multum faciles movebat cardines.

Od. 26. *Musis* amicus tristitiam & metus tradam protervis in mare Creticum portare ventis.

Apricos nectę flores.

Od. 27. *Pugnare* Thracum est, tollite barbarum morem.

Vino & lucernis Medus acinaces immane quantum discrepat.

+ *Quicquid* habes, age, depone tutis auribus.

Od 28. *Sed* omnes una manet nox & calcanda semel via lethi.

Mista senum ac juvenum densantur funera.

Od 31. Dones, precor, integra cum mente, nec turpem senectam degere, nec cithara carentem.

+ Od. 33. *Prius* Appulis jungentur capreæ lupis.

Od. 34. *Parcus* Dei cultor, & infrequens.

+ *Nunc* retrorsum vela dare, atque iterare cursus cogor relictos

DEus igni coruſco nubila dividit. *Bruta* tellus & vaga flumina.

+ *Valet* ima summis mutare, & insignem attenuat Deus. obscura promens: hinc apicem rapax fortuna cum stridore acuto sustulit; hic posuisse gaudet.

Od. 35. *Te* pauper ambit sollicita prece ruris colonus.

Purpurei tyranni.

Injurioso ne pede proruas stantem columnam.

+ *Diffugiunt* cadis cum fæce siccatis amici, ferre jugum pariter dolosi.

CARMIN. seu ODAR. LIBER II.

+ OD. 1. *Periculosæ* plenum opus aleæ tractas, & incedis per ignes suppositos cineri doloso.

Od. 2. *Vivet* extento ævo.

Latius regnes avidum domando spiritum, quam si Libyam remotis Gadibus jungas, & uterque Pœnus serviat uni. *Crescit*

Crescit indulgens sibi dirus hydrops, nec sitim pellit nisi causa morbi fugerit venis, & aquosus albo corpore languor.

Spectare oculo irretorto.

Od. 3. *Æquam* memento rebus in arduis servare mentem, non secus in bonis ab insolenti temperatam lætitia.

Omnium versatur urna.

Od. 4 *Cujus* octavum trepidavit ætas claudere lustrum.

Od 5. Qui nondum subacta valet ferre jugum cervice.

Tolle cupidinem immitis uvæ.

Od. 9. *Stat* glacies iners menses per omnes.

Foliis viduantur orni. +

Od. 10 Rectius vives, Licini, neque altum
semper urgendo: neque dum procellas
cautus horrescis, nimium premendo
littus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
diligit, tutus caret obsoleti
sordibus tecti, caret invidenda
sobrius aula.
Sæpius ventis agitatur ingens
pinus, & celsæ graviore casu
decidunt turres: feriuntque summos
fulmina montes.
Sperat infestis, metuit secundis
alteram sortem bene præparatum
pectus: infames hyemes reducit
Juppiter: idem

Summovet: non, si male nunc, & olim
sic erit: quondam cithara tacentem
suscitat musam, neque semper arcum
tendit Apollo.
Rebus angustis animosus atque
fortis appare: sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo,
turgida vela.

Od. 11. *Nec* trepides in usum poscentis ævi pauca. *Non* semper idem floribus est honos vernis, neque uno luna rubens nitet vultu; quid æternis minorem consiliis animum fatigas?

+ *Vinum dissipat* curas edaces.

Od. 13. *Quid* quisque vitet, nunquam homini satis cautum est in horas. Quem improvisa lethi vis rapuit.

Od. 14. *Eheu!* fugaces labuntur anni, nec pietas moram rugis, & instanti senectæ afferet, indomitæque morti.

Quicunque terræ munere vescimur.

Od. 15. *Privatus* illis census erat brevis.

Od. 16. *Non* enim gazæ, neq; consularis summovet lictor miseros tumultus mentis, & curas laqueata circum tecta volantes.

Vivitur parvo bene, cui paternum splendet in mensa tenui salinum.

Quid brevi fortes jaculamur ævo multa? quid terras alio calentes sole mutamus? patriæ quis exul se quoque fugit?

Scandit æratas vitiosa naves cura: nec turmas equitum relinquit, ocior cervis, & agente nimbos

bos ocior euro.
Lætus in præsens animus, quod ultra est, oderit curare, & amara læto temperet risu.
Nihil est ab omni parte beatum.
Od. 17. *Cur* me querelis examinas tuis? Mæcenas, mearum grande decus columenque rerum, Ah! te meæ si partem animæ rapit maturior vis, quid moror altera?
Ibimus, ibimus, utcunque præcedes, supremum carpere iter comites parati.
Quem truncus illapsus cerebro sustulit.
Od. 18. *Non* ebur neque aureum mea renidet in domo lacunar.
At fides & ingenii benigna vena est.
Truditur dies die novæque pergunt interire lunæ.
Sepulchri immemor, struis domos. +
Proximos revellis agri terminos.
Æqua tellus pauperi recluditur, regumque pueris.
Od. 20. *Non* ego pauperum sanguis parentum.

CARMIN. seu ODAR. LIBER III.

Od. 1. *Odi* profanum vulgus & arceo: favete linguis.
Æqua lege necessitas sortitur insignes & imos: +
Omne capax movet urna nomen.
Districtus ensis cui super impia cervice pendet, non Siculæ dapes dulcem elaborabunt saporem, non avium citharæque cantus somnum reducent.

Ver-

Verberatæ grandine vineæ, fundusque mendax.
Cur invidendis postibus, & novo sublime ritu moliar atrium?
Od. 2. *Qui* lacessit asperum tactu leonem, quem cruenta per medias rapit ira cædes.
+ *Mors* & fugacem persequitur virum: nec parcit imbellis juventæ poplitibus timidoque tergo.
Virtus, repulsæ nescia sordidæ, intaminatis fulget honoribus: nec sumit, aut ponit secures arbitrio popularis auræ.
Virtus recludens immeritis mori cœlum, negata tentat iter via.
Est & fideli tuta silentio merces.
+ *Raro* antecedentem scelestum deseruit pede pœna claudo.
Od. 3. *Iustum* & tenacem propositi virum, non civium ardor prava jubentium, non vultus instantis tyranni mente quatit solida.
Nostris ductum seditionibus bellum resedit.
Lucidas inire sedes, ducere nectaris succos & adscribi quietis ordinibus.
Roma ferox triumphatis dat jura Medis.
Od. 4. *Vis* consilii expers mole ruit sua: Vim temperatam dii quoque provehunt in majus: iidemque odere vires, omne nefas animo moventes.
Od. 5. Labantes consilio firmare.
Od. 6. *Fœda* nigro simulachra fumo.
Fœcunda culpæ secula, nuptias primum inquinavere, & genus & domos. Hoc fonte derivata clades in patriam populumque fluxit.

Motus

Motus doceri gaudet Ionicos matura virgo, & fingitur artibus jam nunc, & inceſtos amores de tenero meditatur ungui.

Dedecorum pretioſus emtor.

Damnoſa quid non imminuit dies? ætas parentum pejor avis tulit nos nequiores; mox daturos progeniem vitioſiorem.

Od. 7. *Noctes* non ſine multis inſomnis lachrymis agit.

Od. 8. *Prope* funeratus arboris ictu.

Vigiles lucernas profer in lucem.

Mitte civiles ſuper urbe curas.

Od. 9. *Sidere* pulchrior ille eſt, tu levior cortice, & improbo iracundior Adria.

Od. 11. *Perjurum* fuit in parentem ſplendide mendax.

I, pedes quo te rapiunt & auræ.

Od. 14. *Hic* dies vere mihi feſtus atras eximet curas.

Od. 15. Tandem nequitiæ fige modum tuæ. +

Od. 16. *Aurum* per medios ire ſatellites, & perrumpere amat ſaxa potentius ictu fulmineo.

Creſcentem ſequitur cura pecuniam majorumque fames.

Quanto quisque ſibi plura negaverit, a dîs plura feret.

Multa petentibus deſunt multa: bene eſt, cui + Deus obtulit parca, quod ſatis eſt, manu.

Od. 21. *Vinum* addit cornua pauperi.

Od. 24. *Non* animum metu, non mortis laqueis, expedies caput.

De-

Dotata regit virum coniux.
Dos est magna parentium virtus & castitas.
Indomitam refrenare licentiam.
Virtutem incolumem odimus, sublatam ex oculis quærimus invidi.
Si non supplicio culpa reciditur; quid leges sine moribus vanæ proficiunt?
Magnum pauperies opprobrium jubet quidvis & facere & pati, virtutisque viam deserit arduæ.
Scelerum si bene pœnitet, eradenda cupidinis pravi sunt Elementa, & teneræ nimis mentes asperioribus formandæ studiis.
Scilicet improbæ crescunt divitiæ: tamen curtæ nescio quid semper abest rei.
Od. 25. Dulce periculum est, sequi Deum.
Od. 27. *Nocte* sublustri nihil astra præter vidit & undas.
Quem vano ludit imago.
Antequam turpis macies decentes occupat malas.
Herile nisi mauis carpere pensum.
Od. 29. *Eripe* te moræ.
Moles propinqua nubibus arduis.
Prudens futuri temporis exitum caliginosa nocte premit DEus: Ridetque, si mortalis ultra fas trepidat.
Quod adest, memento componere æquus, cætera fluminis ritu feruntur.
In diem vivere.
Laudo manentem fortunam: si celeres quatit pennas, resigno, quæ dedit, & mea virtute me in

involvo, probamque pauperiem sine dote quæro.

Od. 30. *Exegi* monumentum ære perennius.

CARM. seu ODAR. LIBER IV.

Od. 1. *Rursus* bella moves.
Flectere mollibus durum imperiis.
Nec certare juvat mero.
Cur facunda parum decora inter verba cadit lingua silentio.
Od. 2. *Quamvis* redeant in aurum tempora priscum.
Od. 3. *Tumidas* regum minas contundere.
Iam dente minus mordeor invido.
Totum muneris hoc tui est, quod monstror digito prætereuntium Romanæ fidicen lyræ: quod spiro, & placeo [siplaceo] tuum est.
Od. 4. *Fortes* creantur fortibus, & bonis: est in juvencis, est in equis patrum virtus: nec imbellem feroces progenerant aquilæ columbam: Doctrina sed vim promovet insitam, rectique cultus pectora roborant.
Culpam pœna premit comes.
Od. 7. *Diffugere* nives, redeunt jam gramina campis, arboribusque comæ. Mutat terra vices, & decrescentia ripas flumina prætereunt.
Immortalia ne speres, monet annus, & almum quæ rapit hora diem.
Frigora mitescunt zephyris: ver proterit æstas

interi-

interitura, simul pomifer autumnus fruges effuderit, & mox bruma recurret iners.

Pulvis & umbra sumus.

Quis scit, an adjiciant hodiernæ crastina summæ tempora.

Od. 18. *Incisa* notis marmora publicis, per quæ spiritus, & vita redit bonis post mortem ducibus.

Dignum laude virum musa vetat mori; cœlo musa beat.

Vota bonos ducit ad exitus.

Od. 9. *Verba* loquor socianda chordis.

Vixere fortes ante Agamemnona multi: sed omnes illachrymabiles urgentur, ignotique longa nocte, carent quia vate sacro.

Paulum sepultæ distat inertiæ celata virtus.

†*Est* animus tibi rerumq; prudens, & secundis temporibus dubiisque rectus, vindex avaræ fraudis, abstinens ducentis ad se cuncta pecuniæ.

Iudex honestum prætulit utili, & rejecit alto dona nocentium vultu.

Non possidentem multa vocaveris recte beatum: rectius occupat nomen beati, qui Deorum muneribus sapienter uti, duramque callet pauperiem pati, pejusque letho flagitium timet.

Od 12. *Dulce* est desipere in loco.

Od. 13. *Quem* luridi dentes, rugæ & capitis nives turpant.

Od. 14. *Virtutes* in ævum per titulos memoresque fastos æternare.

Qua

Qua sol habitabiles illustrat oras.
Plus vice simplici.
Nilus qui fontium celat origines.
Od. 15. *Ordinem* rectum evaganti fræna licentiæ iniecit, enovitque culpas, & veteres revocavit artes.
Non ira, quæ procudit enses, & miseras inimicat urbes.

EX EPOD. LIBER.

Epod. 1. Ut implumibus pullis assidens avis serpentium allapsus timet magis relictis.
Satis superque me benignitas tua ditavit.+
Discinctus nepos.
Ep. 2. *Qui* horret mare iratum, & vitat superba potentiorum limina.
Apparare dapes inemtas.
Distenta siccare ubera.
Ep. 4. *Lupis* & agnis quanta sortito obtigit, tecum mihi discordia est.+
Ora vertit huc & huc euntium liberrima indignatio.
Ep. 5. *Diris* aliquem agere.
Nocturnus occurram furor, & inquietis assidens præcordiis pavore somnos auferam.
Ep. 6. *Cave*, cave: namque in malos asperrimus parata tollo cornua:
Ep. 7. *Tacent* & ora pallor alqus inficit, mentesque perculsæ stupent.
Ep. 9. *Emancipatus* fœminæ.
Epid. 11. *Heu* me per urbem fabula quanta fui! +

Ep. 13. *Horrida* tempestas cœlum contraxit.
Cætera mitte loqui: Deus hæc fortasse benigna
reducet in sedem vice.
Ep. 15. Tibique Pactolus fluat.
Ep. 16. *Vos* quibus est virtus, muliebrem tollite luctum
Oceanus circumvagus.
Ep. 17. *Nullum* a labore me reclinat otium: urget diem nox, & dies noctem: neque est levare tenta spiritu præcordia.
Quid obseratis auribus fundis preces?
Optat supremo collocare Sisyphus in monte saxum.

E SATYRARUM LIBRO. I.

Sat. 1. *Quanquam* ridentem dicere verum,
- - - quid vetat?
Sed tamen amoto quæramus seria ludo.
Ille gravem duro terram qui vertit aratro.
Parvula [nam exemplo est] magni formica laboris,
Ore trahit quodcunque potest, atq; addit acervo,
Quem struit, haut ignara ac non incauta futuri.
Tantalus a labris sitiens fugientia captat.
Flumina: quid rides? mutato nomine de te fabula narratur.
- - - *Pergis* pugnantia secum
Frontibus adversis componere.
Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.
Scrinia alicuius compilare.

Sat. 2.

Sat. 2. Laudatur ab his, culpatur ab illis.
Vappæ famam timet ac nebulonis
Dives agris, dives positis in fœnore nummis. +
Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.
Olet hircum.
Famæ malum gravius, quam res trahit. +
Emtorem induxit hiantem.
Sat. 3. *Ab* ovo usque ad mala citare.
Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?
Male laxus in pede calceus hæret.
Neglectis urenda filix innascitur agris.
Sincerum cupimus vas incrustare.
Cur non ponderibus modulisq; suis ratio utitur?
Cum tristes misero venere Kalendæ.
Sat 4. *Homo* emunctæ naris.
Qui sermo fluit lutulentus.
Fœnum habet in cornu, longe fuge.
Os magna sonaturum,
Acer spiritus, ac vis, nec verbis, nec rebus inest.
Postquam discordia tetra belli ferratos postes, portasque refregit.
- - *Absentem* qui rodit amicum, +
Qui non defendit alio culpante, solutos
Qui captat risus hominum, famamque dicacis;
Fingere qui non visa potest, commissa tacere,
Qui nequit, hic niger est; hunc tu, Romanæ, caveto. Hic nigræ succus loliginis, hæc est
Ærugo mera.
- - - *Simulac* duraverit ætas
Membra animumque tuum, nabis sine cortice.
Sic me formabat puerum dictis.

Hæc ego mecum compressis agito labris.
Sat 5. *Ad* unguem factus homo.
Credat Judæus apella.
Sat 6 *Ut* plerique solent, naso suspendis adunco.
Infans namque pudor prohibebat plura profari.
Egregio inspersos reprendas corpore nævos.
Qui macro pauper agello.
Sat. 7. *Omnibus* & lippis notum & tonsoribus esse opinor.
Italo perfusus aceto.
Sat. 9. *Difficiles* aditus primos habet.
Fugit improbus, ac me sub cultro linquit.
Sat. 10. N*empe* incomposito dixi pede currere versus.
Ergo non satis est risu diducere rictum
Auditoris.
Est brevitate opus, ut currat sententia, neu se
Impediat. *Verbis* græca Latinis miscent.
In sylvam non ligna feras insanius.
- - N*eque* ego illi detrahere ausim.
Hærentem capiti multa cum laude coronam.
Tu nihil in magno doctus reprendis Homero?
Sæpe stylum vertas, iterum, quæ digna legi sint,
Scripturus.

E SATYRARUM LIBRO II.

Sat. 1. *Ovo* prognatus eodem.
Quot capitum vivunt, totidem studiorum
Millia.
Sat, 2. *Acclinis* falsis animus meliora recusat.

Male

Male verum examinat omnis
Corruptus iudex.
Cum labor extuderit fastidia.
Cum sale panis latrantem stomachum bene leniet
Ieiunus raro stomachus vulgaria temnit.
Mundus erit, qui non offendet sordibus, atque
In neutram partem cultus miser.
Stomacho tumultum lenta feret pituita.
- - - *Vides*, ut pallidus omnis
Cœna desurgat dubia?
- - *Quin* corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoque prægravat una,
Atque affligit humo divinæ particulam auræ.
Sive diem festum rediens adduxerit annus.
Explicuit vino contractæ seria frontis.
Fortia adversis opponite pectora rebus.
Sat. 3. Vultus multa & præclara minans.
Si quid veri crepat.
Excussus propriis.
- - - - *Aliena* negotia curo.
Cui latus aut renes morbo tentantur acuto.
Putidius multo cerebrum est, mihi crede, Perilli.
- - - - - *Qui* argenti pallet amore,
Aut alio mentis morbo calet.
Danda est ellebori multo pars maxima avaris.
Uter est insanior horum?
Nil agit exemplum, litem quod lite resolvit.
- - - *Cui* stragula vestis,
Blattarum ac tinearum epulæ, putrescit in arca.
Maxima pars hominum morbo jactatur eodem.
Deficient inopem venæ te, ni cibus atque

Ingens accedat stomacho fultura ruenti,
Naviget Anticyram,
Ne vos titillet gloria.
Astuta ingenuum vulpes imitata leonem?
Integer est animi.
- - *Par* nobile fratrum.
- - *Creta* an carbone notandi.
Ludere par impar, equitare in arundine longa.
Hæc si quis tempestatis prope ritu
Mobilia & cœca fluitantia sorte, laboret
Reddere certa sibi, nihilo plus explicet, ac si
Insanire paret certa ratione modoque.
Hæc a te non multum abludit imago.
- - *Oleum* adde camino.
- - *Cultus* major censu.
Sat. 4. *Res* tenues tenui sermone peractæ.
Si vespertinus subito te oppresserit hospes.
Languidus in cubitum jam se conviva reponit.
- - - *Lactuca* innatat acri.
Post vinum stomacho.
+ *Sat.* 5. *Et* genus, & virtus, nisi cum re, vilior alga est.
Gaudent prænomine molles
Auriculæ; tibi me virtus tua fecit amicum.
Eripiet quivis oculos citius mihi, quam te
Contemtum cassa nuce pauperet.
Pellicutam curare jube.
Corvum deludet hiantem
Stes capite obstipo, multum similis metuenti.
Crescentem tumidis infla sermonibus utrem.
Sat 6. *Fortunæ* filius.

Duce-

Ducere sollicitæ jucunda oblivia vitæ.
- - - Nec ulla est
Aut magno nec parvo lethi fuga.
Vive memor, quam sis ævi brevis. ✦
- - - *Iamque* tenebat
Nox medium cœli spatium.
Sat. 7. *Uri* virgis ferroque necari.
Ibis sub furcam prudens.
Iam vaga prosiliet frenis natura remotis.
Quisnam igitur liber? sapiens, sibique imperiosus,
Quem neque pauperies, neque mors neque vincula terrent;
Responsare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, & in seipso totus teres atque rotundus.
- - - *Eripe* turpi colla jugo.
Urget enim dominus mentem non lenis, & acres
Subjectat lasso stimulos, versatque negantem.
Obsequium ventris mihi perniciosius est.
- - - Tergo plecti.
- - - *Sat.* 8. *Da*, si grave non est,
Quæ prima iratum ventrem placaverit esca.
Rapula, lactucæ, radices, qualia lassum
Pervellunt stomachum. *Puer* alte cinctus.
Indice monstraret digito.
- - *Balatro* suspendens omnia naso.
Torqueri omni sollicitudine districtum.

EX EPISTOLARUM L. I.

Epid. 1. Spectatus satis & donatus jam rude.
Est mihi, purgatâ crebro qui personet aurem

Con-

Condo, & compono, quæ mox depromere possim
Nullius addictus iurare in verba magistri
Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes
- - - *Mersor* civilibus undis.
Virtutis vere custos, rigidusque satelles.
Et mihi res, non me rebus, submittere conor.
Sic mihi tarda fluunt, ingrataque tempora, quæ
Consiliumque morantur! [spem
- - *Contemnit* lippus inungi.
Est quodam prodire tenus, si non datur ultra,
Fervet avaritia, miseroque cupidine pectus?
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi deponere partem,
Laudis amore tumes.
Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit
Si modo culturæ patientem commodet aurem.
Virtus est vitium fugere, & sapientia prima,
Stultitia caruisse.
† *Impiger* extremos currit mercator ad Indos.
Per mare pauperiem fugiens per saxa, per ignes.
Vilius argentum est auro virtutibus aurum.
O cives, cives, quærenda pecunia primum est,
Virtus post nummos.
Est animus tibi, sunt mores, & lingua fidesque
SI RECTE FACIES; HIC MURUS AHENEUS ESTO,
NIL CONSCIRE SIBI, NULLA PALLESCERE CULPA.
† *Olim* quod vulpes, ægroto cauta leoni
Respon-

Respondit, referam: Quia me vestigia terrent.
Bellua multorum es capitum.
Multis occulto crescit res fœnore.
Nil ait esse prius, melius nil cœlibe vita.
Æstuat, & vitæ disconvenit ordine toto.
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis:
Rerum tutela mearum.
Prave sectum Stomacharis ob unguem.
Præcipue sanus, nisi cum pituita molesta est.
Ep. 2. Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi
Illiacos intra muros peccatur. & extra.
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.
Nos numerus sumus, & fruges consumere nati;
In cute curanda plus æquo operata iuventus.
Ut iugulent homines, surgunt de nocte latrones.
Ut te ipsum serves, non expergisceris?
Intendes animum studiis & rebus honestis. +
Dimidium facti, qui cœpit, habet.
Rusticus expectat, dum defluat amnis: at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis ævum.
Quod satis est, cui contigit, hic nihil amplius optet.
Non domus & fundus, non æris acervus & auri
Ægroto domini deduxit corpore febres,
Non animo curas,
Sincerum est nisi vas, quodcunq; infundis, acescit
Sperne voluptates: nocet emta dolore voluptas.
Semper avarus eget: certum voto pete finem. +
Invidus alterius macrescit rebus opimis.
Ira furor brevis est; animum rege: qui nisi paret,

Imperat huuc frænis, hunc tu compesce catena.
Fingit equum tenera docilem cervice magister.
- - - *Nunc* adhibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.
Quo semel est imbuta recens, servabit odorem.
Testa diu.
Ep. 3. -- *Ampullatur* in arte.
Ne, si forte suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula risum,
Furtivis nudata coloribus.
Seu. linguam cautis acuis, seu ciuica jura
Respondere paras, seu condis amabile carmen.
- - - - *Quod* si
Frigida curarum fomenta relinquere posses,
Quo te cœlestis sapientia duceret, ires.
Seu calidus sanguis, seu rerum inscitia vexat
Indomita cervice feros.
Ed. 4. *Non* tu corpus eras sine pectore.
Inter spem, curamque, timores inter & iras,
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.
Grata superveniet, quæ non sperabitur hora.
Me pinguem, & nitidum bene curata cute vises,
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.
Ep. 5. *Quo* mihi fortunas, si non conceditur uti?
Quid non ebrietas designat? Operta recludit:
Spes jubet esse ratas: in prælia trudit inermem:
Sollicitis animis onus eximit: addocet artes:
Fœcundi calices quem non fecere disertum?
- - - *Ne* fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet.
Ep. 6. *Defixis* oculis animoque & corpore torpet. Quic-

Quicquid sub terra est, in apricum proferet ætas;
Defodiet, condetque nitentia.
Si latus aut renes morbo tentantur acuto.
- - - *Quære* fugam morbi.
Et genus & formam regina pecunia donat.
Hoc primus repetas opus, hoc postremus omittas.
Ep. 7. *Nec* tamen ignorat, quid distent æra lupinis.
- - - *Parvum* parva decent.
- - - *Huc* ubi sæpe
Occultum visus decurrere piscis ad hamum.
Immoritur studiis, & amore senescit habendi.
Spem mentita seges.
Obsecro & obtestor, vitæ me redde priori.
Metiri se quemq; suo modulo ac pede verum est.
Ep. 8. *Præceptum* auriculis hoc instillare memento.
Ep. 10. *Vivere* naturæ sic convenienter oportet.
Naturam expellas furca, tamen usque recurret.
Cui non conveniet sua res, ut calceus olim,
Si pede major erit, subvertet; si minor, uret.
Imperat aut seruit collecta pecunia cuique.
Ep. 11. *Dum* licet & vultum servat fortuna benignum,
Tu quamcunque Deus tibi fortunaverit horam,
Grata sume manu.
Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt.
Strenua nos exercet inertia.
Ep. 12. *Tolle* querelas:
Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus.
Si ventri bene, si lateri est, pedibusque tuis, nil

Divitiæ

Divitiæ poterunt regales addere majus.
+ - - - *Ut* te
Confestim liquidus fortunæ rivus inauret.
Dum peregre est animus sine corpore velox.
Quid velit aut possit rerum concordia discors.
Vilis amicorum est annona.
- - - *Aurea* fruges.
Italia pleno diffudit copia cornu.
Epid. 13. *Carmina*, quæ possunt oculos auresque morari.
Vade, vade, cave titubes, mandataque frangas.
Ep. 13. *Incidere* ludum.
+ *Optat* ephippia bos piger, optat arare caballus.
Quam scit, uterq; libens, censeo, exerceat artem.
Ep. 5. - - Equi frænato est auris in ore.
Scribere te nobis, tibi nos accedere, par est.
Quælibet in quemvis opprobria fingere sævus:
Pernicies & tempestas, barathrumque macelli,
Quicquid quæsierat, ventri donabat avaro;
Epid. 16. *Turecte* vivis, si curas esse, quod audis,
Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.
Introrsum turpis spetiosus pelle decora.
- - - - *Non* pasces in cruce corvos.
Oderunt peccare boni virtutis amore:
Tu nihil admittes in te formidine pœnæ.
- - - - *Miscebis* sacra profanis.
Noctem peccatis & fraudibus objice nubem.
- - - - *Mors* ultima linea rerum.
+ *Ep.* 17. - *Quem* duplici panno patientia velat.
Cane pejus & angue aliquid vitare.
- - - - *Virtus* nomen inane est.

Indo-

Indotata mihi soror est, paupercula mater.
Ep. 18. *Virtus* est medium vitiorum, utrinque reductum.
- - - - *In* obsequium plus æquo pronus.
Alter rixatur de lana sæpe caprina.
Quem tenet argenti sitis importuna famesque. +
Nec tua laudabis studia, aut aliena reprendes.
Nec retinent patulæ commissa fideliter aures. +
Et semel emissum volat irrevocabile verbum.
Qualem commendes, etiam atque etiam adspice ne mox.
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Dente Theonino qui circum roditur.
Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.
Et neglecta solent incendia sumere vires.
Tu dum tua navis in alto est,
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.
Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi,
Sedatum celeres, agilem gnavumque remissi.
Deme supercilio nubem: plerumque modestus
Occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi.
Ne te semper inops agitet vexetque cupido.
Ne fluitem dubiæ spe pendulus horæ.
Ep. 19. *Laudibus* arguitur vini vinosus Homerus.
Nocturno certare mero.
Decipit exemplar vitiis imitabile.
O imitatores, servum pecus, ut mihi sæpe.
Bilem, sæpe jocum vestri movere tumultus!
Non ego ventosæ plebis suffragia venor.
Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor.
Hinc lachrymæ!

Scripta

Scripta pudet recitare, & nugis addere pondus.
- - - - *Ad* hæc ego naribus uti,
Formido.
Ep. 20. *Quis* quæso inuitum ſervare laboret!

EX EPISTOLARUM L. II.

Ep. 1. *Cum* tot ſuſtineas & tanta negotia ſolus;
Res Italas armis tuteris; moribus ornes;
Legibus emendes; in publica commoda peccem,
Si longo ſermone morer tua tempora, Cæſar.
Annoſa volumina vatum.
- - - - *Romani* penſantur eadem
Scriptores trutina.
Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri.
Qui redit ad faſtos & virtutem æſtimat annis.
Interdum vulgus rectum videt, eſt ubi peccat.
Plagoſus Orbilius.
Quod mecum ignorat, ſolus vult ſcire videri.
- - - - *Nos* noſtraque liuidus odit.
Suſpendit picta vultum mentemque tabella.
Cautos nominibus certis expendere nummos.
- - - *Qui* calet uno
Scribendi ſtudio.
Invenior Parthis mendacior.
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri;
Scribimus indocti doctique poëmata paſſim.
- - - - *Vivit* ſiliquis, & pane ſecundo.
- - - - *Doluere* cruento
Dente laceſſiti.
Græcia capta ferum victorem cepit, & artes
Intulit agreſti Latio.

Qui

Qui placuit sibi, natura sublimis & acer.
Mox trahitur manibus regnum fortuna retortis.
Ille per extentum funem mihi posse videtur
Ire Poëta, meum qui pectus inaniter angit,
- - - - *Fastidia* ferre superbi,
Vineta egomet cædam mea.
- - - *Tenui* deducta poëmate filo.
- - - *Belli* spectata domique virtus.
- - - scriptores carmine fædo.
Splendida facta linunt tam care prodigus emit,
Bœotum in crasso jurares aëre natum.
Ep. 2. Hic & candidus, & talos à vertice pulcher
ad imos.
Verna ministeriis ad nutus aptus heriles.
Multa fidem promissa levant, ubi plenius æquo +
Laudat venales, qui vult extrudere merces.
Insequeris tamen hunc, & lite moraris iniqua.
Ad assem perdidit omnia.
I *bone*, quo virtus tua te vocat: I pede fausto,
Grandia laturus meritorum præmia; quid stas?
Romæ nutriri mihi contigit atque doceri,
Adiecere bonæ paulo plus artis Athenæ:
Scilicet ut possem curvo dignoscere rectum.
Singula de nobis anni prædantur euntes.
Tres mihi convivæ prope dissentire videntur,
Poscentes vario multum diversa palato.
Reju populum quatere.
Cum scribo, supplex populi suffragia capto.
Verba movere loco, quamvis invita recedant.
Vehemens & liquidus puroque simillimus amni
Fundet opes Latiumque beabit divite lingua:

Luxu

Luxuriantia compescet, nimis aspera sano.
Lævabit cultu, virtute carentia tollet.
Cætera qui vitæ servaret munia recto more.
- - - *Cui* sic extorta voluptas
Et demtus per vim mentis gratissimus error.
Nimirum sapere est abjectis utile nugis,
Et tempestivum pueris concedere ludum.
- - - *Quanto* plura parasti,
Tanto plura cupis.
Quædam mancipat usus.
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc sorte suprema
Permutat dominos, & cedit in altera jura.
Nave ferar magna an parua, ferar unus & idem.
Quid te exempta juvat spinis de pluribus una?

DE ARTE POETICA.

Spectatum admissi risum teneatis amici.
- - - *Velut* ægri somnia, vanæ
Fingentur species
- - *Pictoribus* atque poëtis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.
Scimus, & hanc veniam petimusque damusque vicissim:
Sed non ut placidis coëant immitia, non ut
Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.
Inceptis gravibus plerumque & magna professis
Purpureus, late qui splendeat unus & alter
Assuitur pannus.
Arcus pluvius.

Am-

- - - - *Amphora* cœpit
Institui, currente rota cur urceus exit?
Maxima pars vatum decipimur specie recti.
- - - *brevis* esse laboro.
Obscurus fio. *Sectantem* lævia nervi
Deficiunt, animique: professus grandia turget:
Serpit humi tutus nimium timidusque procellæ.
Qui variare cupit rem prodigialiter unam,
Delphinum sylvis appingit, fluctibus aprum.
In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.
- - - *Molles* imitabitur ære capillos.
Sumite materiam vestris, qui scribitis æquam
Viribus, & versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri. Cui lecta potenter erit res
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.
- - *Mortalia* facta peribunt;
Nedum sermonum stet honos, & gratia vivax.
Multa renascentur, quæ jam cecidere cadentque,
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,
Quem penes arbitrium est, & jus & norma loquendi.
Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.
Singula quæque locum teneant sortita decenter.
Iratusque Chremes tumido delitigat ore.
Projicit ampullas & sesquipedalia verba.
- - *Si vis* me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi: tunc tua me infortunia lædent.
- - - *Tristia* mœstum

Vultum verba decent, iratum plena minarum.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum: juvat, aut impellit ad iram,
Aut ad humum mœrore gravi deducit & angit:
Post effert animi motus interprete lingua.
Intererit multum, Davusne loquatur, an herus,
Maturus ne senex, an adhuc florente juventa
Fervidus: an matrona potens, an sedula nutrix:
Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli.
Iura negat sibi nata.
Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres.
Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
Parturient montes, nascetur ridiculus mus.
- - - *Sic* veris falsa remiscet,
Primo ne medium, medio ne discrepet imum.
Reddere qui voces jam scit puer, & pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere, & iram
Colligit ac ponit temere, & mutatur in horas.
Imberbis, juvenis, tandem custode remoto,
Gaudet equis canibusque, & aprici gramine campi:
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.
Utilium tardus provisor, prodigus æris:
Sublimis cupidusque, & amata relinquere pernix,
Conversis studiis.
Commisisse cavet, quod mox mutare laboret.
Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt.
- - - *Ne* forte seniles

Man

Mandentur juveni partes, pueroque viriles.
Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator.
Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus
Inciderit?
Ut redeat miseris, abeat fortuna superbis.
Incolumi gravitate jocum tentavit: eo quod
Illecebris erat, & grata novitate morandus
Spectator.
Aut dum vitat humum, nubes & inania captat.
Vertere seria ludo.
Syllaba longa brevi subjecta, vocatur Iambus.
- - - *Vos* exemplaria Græca
Nocturna versate manu, versate diurna.
Si non offenderet unumquemque limæ labor.
- - - *Carmen* reprehendite, quod non
Multa dies, & multa litura coercuit, atque
Perfectum decies non castigavit ad unguem.
Tribus Anticyris caput insanabile
- - - *Ergo* fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exsors ipsa secandi.
Verbaque provisam rem non invita sequuntur,
- - - *Versus* inopes rerum, nugæque canoræ.
Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo
Musaloqui.
- - - *At* hæc animos ærugo, & cura peculi
Cum semel imbuerit, speramus carmina fingi
Posse linenda cedro, & levi servanda cupresso?
Aut prodesse volunt, aut delectare poëtæ,
Aut simul & jucunda & idonea dicere vitæ.

Quicquid præcipies, esto brevis, ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.
Omne supervacuum pleno de pectore manat.
Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.
Nam neque chorda sonum reddit, quem vult manus & mens,
Poscentique gravem persæpe remittit acutum:
Nec semper feriet, quodcunque minabitur arcus.
Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura.
Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.
Quandoque bonus dormitat Homerus.
Verum opere in longo fas est obrepere somnum.
Ut pictura, poësis erit: quæ, si propius stes,
Te capiet magis, & quædam, si longius abstes:
Hæc amat obscurum: volet hæc sub luce videri,
Judicis argutum quæ non formidat acumen.
Hæc placuit semel, hæc decies repetita placebit.
- - - *Qui* voce paterna
Fingeris ad rectum, & per te sapis, hoc tibi dictum
Tolle memor.
Tu nihil invita dices faciesve Minerva.
- - - *Si* quid tamen olim
Scripseris, in Metii descendat judicis aures,
Et patris, & nostros; nonumque prematur in annum.
- - - *Nescit* vox missa reverti.

Finit

- - - *Fuit* hæc ſapientia quondam:
Publica privatis ſecernere, ſacra profanis.
Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæſitum eſt: ego nec ſtudium ſine divite vena,
Nec rude quid profit video ingenium: alterius ſic
Altera poſcit opem res, & coniurat amice.
Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer, ſudavit, & alſit,
Abſtinuit venere & vino.
Occupet extremum ſcabies: mihi turpe relinqui eſt.
Dives agris, dives poſitis in fœnore nummis.
Reges dicuntur multis urgere culullis,
Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborent,
An ſit amicitia dignus.
- - - *Si* carmina condes,
Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes.
Et male tornatos incudi reddere verſus.
Quin ſine rivali teqve & tua ſolus amares.
Vir bonus & prudens verſus reprehendet inertes,
Culpabit duros, incomtis allinet atrum
Transverſo calamo ſignum, ambitioſa recidet
Ornamenta: parum claris lucem dare coget:
Arguet ambigue dictum, mutanda notabit:
Fiet Ariſtarchus: nec dicet: cur ego amicum
Offendam in nugis.
Sublimis verſus ructatur & errat.
Invitum qui ſervat, idem facit occidenti.
Mingere in patrios cineres.
Non miſtura cutem, niſi plena cruoris, hirudo.

FLORES EX OVIDIO.

E Libris Metamorph.

†ANte mare & terras, & qvod tegit omnia, cœlum,
Unus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos; rudis indigestaque moles:
Nec quicquam, nisi pondus iners, congestaque eodem
Non bene junctarum discordia semina rerum.
Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan,
Nec nova crescendo reparabat cornua Phœbe,
Nec circumfuso pendebat in aëre tellus,
Ponderibus librata suis *Corpore* in uno
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.
Hanc Deus & melior litem natura diremit.
Nam cœlo terras, & terris abscidit undas,
Et liquidum spisso secrevit ab aëre cœlum.
Quæ postqvam evolvit, cœcoq; exemit acervo,
Dissociata locis concordi pace ligavit.
Ignea convexi vis, & sine pondere cœli
Emicuit, summaqve locum sibi legit in arce.
Proximus est aër illi levitate, locoqve.
Densior his tellus, elementaqve grandia traxit,
Et pressa est gravitate sui, circumfluus humor
Ultima possedit, solidumque coercuit orbem.

Sic

Sic ubi disposítam, quisquis fuit ille Deorum,
Congeriem secuit, sectamque in membra redegit:
Principio terram, ne non æqualis ab omni
Parte foret, magni speciem glomeravit in orbis.
Tum freta diffudit, rapidisque tumescere ventis
Jussit, & ambitæ circumdare littora terræ.
Addidit & fontes, & stagna immensa, lacusqve,
Fluminaque obliqvis vinxit declivia ripis,
Quæ diversa locis partim sorbentur ab ipsa.
In mare perveniunt partim, campoque recepta
Liberioris aquæ, pro ripis littora pulsant.
Jussit & extendi campos, subsidere valles;
Fronde tegi sylvas, lapidosos surgere montes.
Imminet his aër, qui quanto est pondere terræ,
Pondere aquæ levior, tanto est onerosior igne.
Illic & nebulas, illic consistere nubes
Jussit, & humanas motura tonitrua mentes,
Et cum fulminibus facientes frigora ventos.
His quoqve non passim mundi fabricator habendum
Aëra permisit: vix nunc obsistitur illis,
Cum sua quisqve regat diverso flamina tractu,
Quin lanient mundum: tanta est discordia fratrum.
Hæc super imposuit liquidum, & gravitate carentem
Ætherа, nec quicquam terrenæ fæcis habentem,
Vix ita limitibus discreverat omnia certis,
Cum, quæ pressa diu massa latuere sub ipsa,
Sidera cœperunt toto fulgescere cœlo.

Neu regio foret ulla suis animalibus orba,
Astra tenent cœleste solum, formæque deorum:
Cesserunt nitidis habitandæ piscibus undæ.
Terra feras cepit, volucres agitabilis aër.
Sanctius his animal, mentisque capacius altæ,
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset.
Natus homo est, sive hunc divino semine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo,
Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto
Æthere cognati retinebat semina cœli,
Quam satus Japeto mistam fluvialibus undis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.
Pronaque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumque tueri
Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.
Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo,
Sponte sua sine lege fidem rectumque colebat:
Nondum præcipites cingebant oppida fossæ:
Mollia securæ peragebant otia gentes.
Ipsa quoque immunis, rastroque intacta nec ullis
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus.
Ver erat æternum, placidique tepentibus auris
Mulcebant zephyri natos sine semine flores.
Postquam, Saturno tenebrosa in tartara misso,
Sub jove mundus erat, subiitque *argentea proles*,
Auro deterior, fulvo pretiosior ære.
Tertia post illam successit *abenea proles*.
Sævior ingeniis, & ad horrida promtior arma,
Non scelerata tamen. De *duro est ultima* ferro.
Protinus erupit venæ pejoris in ævum

Omne

Omne nefas: fugere pudor, verumque fidesque,
In quorum ſubiere locum fraudesque, dolique,
Inſidiæque, & vis, & amor ſceleratus habendi.
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
Jamque nocens ferrũ, ferroque nocentius aurum
Prodierat, prodit bellum, quod pugnat utroque,
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
Vivitur ex rapto: non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non ſocer a genero: fratrum quoque gratia rara eſt.
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti:
Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ:
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa jacet pietas: & virgo cæde madentes
Ultima cœleſtum terras Aſtræa reliquit.
Affectaſſe ferunt regnum cœleſte gigantes:
Altaque congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes.
Tum Pater omnipotens miſſo perfregit olympum
Fulmine
Ingentes animos, dignas Jove concipit iras,
Conciliumq; vocat, tenuit mora nulla vocatos.
Hic locus eſt, quem, ſi verbis audacia detur,
Haud timeam magni dixiſſe palatia cœli.
Talibus inde modis ora indignantia ſoluit:
Cuncta prius tentanda; ſed immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt; ne pars ſincera trahatur.
Attonitum tanto ſubitæ terrore ruinæ
Humanum genus eſt, totusq; perhorruit orbis.
- - - *Poſtquam* voce manuque

Murmura compresſit, tenuere ſilentia cuncti.
Subſtitit ut clamor preſſus gravitate regentis,
Juppiter hoc iterum ſermone ſilentia rupit:
Contigerat noſtras infamia temporis aures,
Qvam cupiens falſam ſummo delabor olympo,
Et Deus humana luſtro ſub imagine terras.
Longa mora eſt, qvantum noxæ ſit ubiqve repertum
Enumerare: minor fuit ipſa infamia vero.
- - *Hæc* illi placet experientia veri.
Pœna placet diverſa: genus mortale ſub undis
Perdere & ex omni nimbos dimittere cœlo.
Illos longa damnant inopi jejunia victu.
Quis hoc credat, niſi ſit pro teſte vetuſtas.
Pulchra verecundo ſuffundens ora rubore,
- - Tergoque fugacis imminet.
Ille tamen pugnat molles evincere ſomnos:
Et quamvis ſopor eſt oculorum parte receptus,
Protinus exarſit, nec tempora diſtulit iræ.
Adde, quod aſſidua rapitur vertigine cœlum,
Pectore ſollicito repetens ſuſpiria dixit,
- - - Medio tutiſſimus ibis.
Palluit & ſubito genua intremuere timore.
Conſternantur equi, &, ſaltu in contraria facto,
Colla jugo excutiunt, abruptaqve lora relinquunt:
Illic fræna jacent, illic temone revulſus
Axis, in hac radii fractarum parte rotarum
Sparſaqve ſunt late laceri veſtigia currus.
Volvitur in præceps, longoque per aëra tractu
Fertur.

Ali-

- - *Aliquisque* malo fuit usus in illo.
Heu quam difficile est, crimen non prodere vultu
Non bene conveniunt, nec in una sede morantur!
Majestas & amor.
- - - *Fas* est ab hoste doceri.
- - - *Ultima* semper
Exspectanda dies homini est: dicique beatus
Ante obitum nemo, supremaque funera debet.
Nec mihi mors gravis est, posituro morte dolores.
Haustus aquæ mihi nectar erit.
- - - *Ars* illi sua census erat.
Proh superi! quantum mortalia pectore cœcæ
Noctis habent!
- - - *Video* meliora proboque
Deteriora sequor.
Flebile principium melior fortuna secuta est.
Omnia languor habet.
Credula res amor est.
Gaudia principium nostri sunt sæpe doloris.
Audentes DEus ipse juvat.
- - Ignavis precibus fortuna repugnat.
Immensa est, finemque potentia cœli non habet.
Mors mihi munus erit. *Velle* parum est.
Affuit ille quidem: sed nec solennia verba,
Nec lætos vultus, nec felix attulit omen.
Serius, aut citius, sedem properamus ad unam.
Tendimus huc omnes: hæc est domus ultima - -
Labitur occulte, fallitque volatilis ætas,
Et nihil est annis velocius.

Invia

Invia virtuti nulla est via.
- - Cœlo præfertur Adonis.
Mistaque cum veris passim commenta vagantur
Millia rumorum, confusaque verba volutant,
E quibus hi vacuas implent sermonibus aures.
Quam vino pectus, tam virgine visa
Ardet, & ebrietas geminata libidine regnat.
- - *Expectato*que resolvit
Ora sono, neque abest facundis gratia dictis.
Hostibus insidior, fossas munimine cingo.
Mente ferunt placida longi tædia belli.
Sunt mihi, quæ valeant in talia pondera vires.
Neve in me stolidæ convicia fundite linguæ.
Dixit & in pectus lethalem condidit ensem.
Pertulit intrepidos ad fata novissima vultus.
- - *Sed* jam felicior ætas
Terga dedit, tremuloqve gradu venit æqva senectus.
Vixque fuga qvæsita salus.
Ardua sollicitis victoria quæritur armis.
Instimulat verbis, veteremqve resuscitat iram.
Addidit obscœnis convicia rustica dictis.
Fulmineo periit imitator fulminis ictu.
Salve virginei flos intemerata pudoris.
Corpore qui exanimi crudelia lumina pascit.
Ille verecundo vult tollere lumina vultu.
Quis tantæ pondera molis sustineat?
Mos erat antiqvis, niveis atrisqve lapillis,
His damnare reos, illis absolvere culpa.
Tempus edax rerum. *Excuti* curru.

Potum

Potum parum moderato gurgite traxit.
Corda pavent comitum, mihi mens interrita manſit.
Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis +
Aſtra ferar, nomenque erit indelebile noſtrum.
In audaces non eſt audacia tuta
. . *Siſte* modum dixit, nec enim fortuna querenda
Sola tua eſt, ſimiles aliorum reſpice caſus,
Mitius iſta feres.

E LIBRIS DE PONTO.

LIB. I.

Cum foret Æneæ cervix ſubjecta parenti,
Dicitur ipſa viro flamma dediſſe viam.
Pœnitet, & facto torqueor ipſe meo.
Cum ſit exilium, magis eſt mihi culpa dolori:
Eſtque pati pœnam, quam meruiſſe, minus
Pœna poteſt demi, culpa perennis erit.
Non igitur mirum eſt, ſi mens mea tabida facta
De nive manantis more liqueſcit aquæ.
Roditur ut ſcabra poſitum rubigine ferrum;
Conditus ut tineæ carpitur ore liber:
Sic mea perpetuos curatum pectora morſus,
Fine quibus nullo conficiantur, habent
Nec prius hi mentem ſtimuli, quam vita, relinquent.
Quodque dolet citius, quam dolor ipſe, cadet.
Maxime, qui tanti menſuram nominis imples, +
Ut geminas animi nobilitate genus,

Hei

Hei mihi, quid faciam? vereor, ne nomine lecto,
Durus & aversa cætera mente legas.
Hostibus in mediis interque pericula versor,
Tanquam cum patria pax sit ademta mihi.
Qui mortis sævo geminent ut vulnere causas,
Omnia vipereo spicula felle linunt.
Somnia me terrent veros imitantia casus,
Et vigilant sensus in mea damna mei
Aut dare captivas in fera vincla manus;
Aut ubi decipior melioris imagine somni.
Sic mea perpetuis liquescunt pectora curis',
Ignibus admotis ut nova cera solet.
+ *Cum video*, quam sint mea fata tenacia, frangor.
Spesque levis magno victa timore cadit.
Suscipe, Romanæ facundia, Maxime, linguæ,
Difficilis causæ mite patrocinium
+ *Sit* piger ad pœnas princeps, ad præmia velox:
Quique dolet, quoties cogitur esse ferox.
Nos quoque præteritos sine labe peregimus annos
Sic ego mente jacens & acerbo saucius ictu,
Admonitu cœpi fortior esse tuo.
Tempore ducetur longo fortasse cicatrix,
Horrent admotas vulnera cruda manus.
+ *Non est* in medico semper, relevetur ut æger:
Interdum docta plus valet arte malum
Tollere nodosam nescit medicina podagram.
Nec formidatis auxiliatur aquis.
Cura quoque interdum nulla est medicabilis arte:

Aut,

Aut, si sit, longa est attenuanda mora.
Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.
Hostis adest dextra lævaque a parte timendus,
Vicinoque metu terret utrumque latus.
I nunc & veterum nobis exempla virorum,
Qui forti casum mente tulere, refer.
Nec tamen inficior, si possint nostra coire
Vulnera, præceptis posse coire tuis.
Iam mihi deterior canis aspergitur ætas,
Jamque meos vultus ruga senilis arat,
Quæ nunquam vacua solita est cessare novali
Fructibus assiduis lassa senescit humus.
Me quoque debilitat series immensa laborum,
Ante meum tempus cogor & esse senex.
Otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis.
Immodicus contra carpit utrumque labor.
Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus?
Ut capiant vitium, ni moveantur aquæ?
Scilicet incipiam lima mordacius uti,
Ut sub judicium singula verba vocem?
Saucius ejurat pugnas gladiator, & idem
Immemor antiqui vulneris, arma capit.
Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,
Pectora mollescunt, asperitasque fugit.
Quamvis est igitur meritis indebita nostris,
Magna tamen spes est in bonitate Dei.
Nos habeat regio nec pomis fœta, nec uvis,
Et cujus nullum cessat ab hoste latus.
Sed fuit in fatis hoc quoque credo meis:
Ah nimium est quod amice petis, moderatius
opta, Et

Et voti [quæso] contrahe vela tui.
Nec dolor ullus adest, nec febribus uror anhelis,
Et peragit soliti vena tenoris iter.
+ *Os hebes* est, positæque movent fastidia mensæ.
Et queror, invisi cum venit hora cibi.
Non tamen exacuet torpens sapor iste palatum,
Stabit & in stomacho pondus inerte diu.

E LIB. II. de PONTO.

Sed licet arma feras, & vulnera sæva mineris,
Non tamen efficies, ut timeare mihi.
Nam timor eventus deterioris abest.
Sæpe creat molles aspera spina rosas.
+ *Da precor*, accessum lacrymis, mitissime, nostris,
Nec rigidam timidis vocibus obde forem.
Vulneris id genus est, quod cum sanabile non sit,
Non contrectari tutius esse puto.
- - - Timeo naufragus omne fretum.
Turpe quidem dictu, sed, si modo vera fatemur,
Vulgus amicitias utilitate probat
Cura quid expediat, prior est, quam quid sit honestum,
Et cum fortuna statque caditque fides
Nec facile invenies multis de millibus unum,
Virtutem pretium, qui putet esse sui.
Ipse decor recti, facti si premia desint,
Non movet, & gratis pœnitet esse probum.
Nil nisi quod prodest, carum est; en detrahe menti
Spem fructus avidæ, nemo petendus erit:
At reditus jam quisque suos amat, &, sibi quid sit
Utile, sollicitis computat articulis.

Quo

Quo magis admiror, non ut torrentibus undis
Comunis vitii te quoque labe trahi.
Illud amicitiæ quondam venerabile nomen
Prostat, & in quæstu pro meretrice sedet.
Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est:
Quæ simul intonuit, proxima quæque fugat.
En ego non paucis quondam munitus amicis, +
Dum flavit velis aura secunda meis!
Ut fera nimboso tumuerunt æquora vento,
In mediis lacera nave relinquor aquis.
Iudice te, mercede caret per seque petenda est
Externis virtus incomitata bonis.
Candor in hoc ævo res intermortua pene.
Scilicet ingeniis aliqua est concordia junctis,
Et servat studii fœdera quisque sui.
Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci.
Turpe laborantem deseruisse ratem.
Non erit officii gratia surda tui.
Quæ tu cum præstes, remo tamen utar & aura;
Nil nocet admisso subdere calcar equo.
Tranquillas etiam naufragus horret aquas:
Sic ego fortunæ telis confixus iniquis, +
Pectore concipio nil nisi triste meo.
Membra reformidant mollem quoque saucia tactum,
Vanaque sollicito incitat umbra metum.
Sic ego continuo fortunæ vulneror ictu, +
Vixque habet in nobis iam nova plaga locum.
Nec magis assiduo vomer tenuatur ab usu, +
Nec magis est curuis Appia trita rotis:
Pectora quam mea sunt terie calcata malorum:

Et nihil inveni, quod mihi ferret opem.
Omnia deficiunt; animus tamen omnia vincit.
Ille etiam vires corpus habere facit.
Vera precor fiant timidæ præsagia mentis.
Regia [crede mihi] res est succurrere lapsis.
Convenit & tanto, quantus es ipse, viro.
Conspicitur nunquam meliore potentia casu.
Quam quoties vanas non sinit esse preces.
+ *Qui semel* est læsus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus unca cibis æra subesse putat.
Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes,
Emollit mores, nec sinit esse feros.
Hæc quoque res aliquid tecum mihi fœderis affert,
Ejusdem sacri cultor uterque sumus.
Sæpe brevis nobis vicibus via visa loquendi est;
Pluraque si numeres, verba fuere gradu,
Sæpe dies sermone minor fuit, inque loquendo
Tarda per æstivos defuit hora dies.
Istic me memori pectore semper habe.
+ *Nominis* ante mei venient oblivia nobis,
Pectore quam pietas sit tua pulsa meo.
Et prius hanc animam vacuas reddemus in auras,
Quam fiat meriti gratia vana tui.
Grande voco meritum lacrymas, quibus ora rigabas.
Cum mea concreto ficca dolore forent.
Acer & ad palmæ per se cursurus honores.
Si tamen horteris, fortius ibit equus.
Adde, quod absentis cura mandata fideli
Perficis, & nullum ferre gravaris onus.

E LIB.

E LIB. III. DE PONTO.

*V*elle parum est; cupias, ut re potiaris, oportet,
Et faciat somnos hæc tibi cura breves,
Exigit hoc socialis amor fœdusque maritum.
Nec factum defende meum [mala causa silenda est]
Nec nisi sollicitæ sint tua verba preces,
Nec tua si fletu scindentur verba, nocebit.
Interdum lachrymæ pondera vocis habent.
Cum feriant unum, non unum fulmina terrent,
Junctaque percusso turba pavere solet.
Cumque dedit paries venturæ signa ruinæ,
Sollicito vacuus fit locus ille metu,
Quis non e timidis ægri contagia vitat,
Vicinum metuens ne trahat inde malum?
Nox erat & bifores intrabat luna fenestras,
Mense fere medio quanta nitere solet:
Publica me requies curarum somnus habebat,
Fusaque erant toto languida membra toro.
Pone metus igitur, mitescet Cæsaris ira.
Et veniet votis mollior aura tuis.
Neve moram timeas, tempus quod quærimus, instat:
Cunctaque lætitiæ plena triumphus habet,
Omnis odoratis ignibus ara calet.
Dum præbet faciles aditus venerabile tempus:
Sperandum est, nostras posse valere preces.
Non opus est magnis placido lectore poëtis,
Quemlibet invitum difficilemque tenent.
Utque reformidant insuetum lumina solem,
Sic ad lætitiam mens mea segnis erat.

Livor iners vitium mores non exit in altos,
Utque latens ima vipera serpit humo.
Ergo alii noceant miseris, optentque timeri,
Tinctaque mordaci spicula felle gerant.
Est quoq; cunctarum novitas gratissima rerum;
Gratiaque officio, quod mora tardat, abest.
Scripta placent a morte fere: quia lædere vivos
Livor & invisо carpere dente solet.
Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas,
Hac ego contentos auguror esse Deos.
Ista DEI vox est. DEus est in pectore nostro,
Hoc duce prædico vaticinorque DEO.
Nam quanquam sapor est ablata dulcis in unda,
Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ.
Et magis adducto pomum decerpere ramo,
Quam de cælata sumere lance juvat.
Crede mihi miseris cœlestia numina parcunt
Nec semper læsos & sine fine premunt.
Sed pavor attonito rationis ademerat usum,
Cesserat omne meis consiliumque malis,
Talia peccandi jam mihi finis erit.
Ductus ab armento taurus detrectat aratrum.
Subtrahit & duro colla novella jugo.
Curando fieri quædam majora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit.

LIB. VI. DE PONTO.

Nunquam pigra fuit nostris tua gratia rebus,
Nec mihi munificas arca negavit opes
– – – *Nec* officio crimen inesse putes.
– – – *Quod* finxit, quisque tuetur opus.
Orba tamen numeris cessavit epistola nunquam

Lyc

Ire per alternas officiosa vices.
Pectora sic mea sunt limo vitiata malorum,+
Et carmen vena pauperiore fluit.
Impetus ille sacer, qvi vatum pectora nutrit,
Qui prius in nobis esse solebat, abest.
Paruaque, ne dicam scribendi nulla voluptas
Est mihi, nec numeris nectere verba juvat.
Principium nostri res fuit ista mali.
Excitat auditor studium, laudataqve virtus +
Crescit, & immensum gloria calcar habet.
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu, quæ valuere, ruunt.
Ludit in humanis divina potentia rebus.
Et certam præsens vix habet hora fidem.
Non sterilis locus ullus ita est, ut non sit in illo
Mista fere duris utilis herba rubis.
Nil adeo fortuna gravis miserabile fecit,
Ut minuant nulla gaudia parte malum.
At mihi dilapsis inter nova gaudia curis
Excidit asperitas hujus iniqua loci.
Scilicet ejusdem est, quamvis pugnare videtur,
Supplicibus facilem, fontibus esse trucem.
Cum tibi suscepta est legis vindicta severæ,
Verba velut tinctum singula virus habent.
Hostibus eveniat, quam sis violentus in armis, +
Sentire, & linguæ tela subire tuæ.
At si quem lædi fortuna cernis iniqua,
Mollior est animo fœmina nulla tuo.
Hoc ego præcipue sensi, cum magna meorum
Notitiam pars est inficiata mei.
Multaque fert miles vulnera, multa facit.

Sed qui quam potuit, dat maxima, gratus abunde est,
Et pietas finem contigit illa suum.
Carmine fit vivax virtus, expersque sepulchri,
Notitiam veræ posteritatis habet.
+ *Tabida* consumit ferrum lapidemque vetustas:
Nullaqve res majus tempore robur habet.
Scripta ferunt annos.
Iudicio pretium res habet ista tuo.
Nam modo bella geris, numeris modo verba coerces,
Quodque aliis opus est, hoc tibi lusus erit.
*Thura*q; mente magis, plena qvã lance, dedissem,
Successor tanti frater honoris erit.
Mentiar, an coeat duratus frigore pontus.
- - - *Frigore* constitit Ister.
Nec cum fortuna mens quoqve versa mea est,
Ille vetus solito perstat in ore pudor.
His ego, do tories cum thure pracantia verba
Eoo qvoties surgit ob orbe dies.
Nuncia nam luctus mihi nuper epistola venit,
Lectaqve cum lacrymis sunt tua damna meis,
Finitumque tuum, si non ratione, dolorem
Ipsa jam pridem suspicor esse mora.
Quis labor est puram non temerasse fidem?
Gutta cavat lapidem, consumitur annulus usu,
Et teritur pressa vomer aduncus humo.
Temporis officium solatia dicere certi est,
Dum dolor in cursu est, dum petit æger opem.
At cum longa dies sedavit vulnera mentis,
Intempestive qui movet illa, novat.

Crede

Crede mihi, miserios prudentia prima relinquit,
Et sensus cum re consiliumque fugit.
Quilibet excutiat nostri monumenta laboris.
Obfuit auctori nec fera lingua suo.
At malus interpres populi mihi concitat iram,
Inque novum crimen omnia nostra vocat.
Tam felix utinam, quam pectore candidus essem,
Extat adhuc nemo saucius ore meo.
- - *Pars* ego sum census quantulacunqve tui.
Ne subeant animo tædia iusta tuo.
Omnia perdidimus, tantum mihi vita relicta est,
Præbeat ut sensum materiamqve malis.
Tendimus huc omnes, metam properamus ad + unam
Omnia sub leges mors vocat atra suas.
Non habet in nobis jam nova plaga locum.

EX LIBRIS TRISTIUM, LIB. I

Causa patrocinio non bona pejor erit.
Carmina proveniunt animo de ducto sereno,
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.
Carmina secessum scribentis & otia quærunt.
Donec eram sospes, tituli tangebar amore. +
Quærendiqve mihi nominis ardor erat.
Non procul a stabulis audet discedere, si qua
Excussa est avidi dentibus agna lupi.
- - - *Consilium* resqve locusque dabunt.
Quæque quiescebat, ne mota resæviat ira,
Et pœne tu sis altera causa, cave.
Quocunque adspicio, nil est nisi pontus & aer,

Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.
Inter utrumq; fremunt immani murmure venti.
Demite naufragium, mors mihi munus erit.
Hei mihi! quam celeri micuerunt æthera flamma,
Quantus ab æthereo personat axe fragor!
- - - *Si* me meus abstulit error,
Stultaque mens nobis, non scelerata fuit.
Cum subit illius tristissima noctis imago.
Labitur ex oculis tunc quoque gutta meis.
Inque domo lacrimas augulus omnis habet.
+ *Placato* possum non miser esse Deo.
Indulgens animo pes mihi tardus erat.
+ *Scilicet* ut fulvum spectatur in ignibus aurum;
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Quo magis, o pauci, rebus succurrite læsis,
Et date naufragio littora tuta meo.
+ *Digna* minus misero, non meliore, viro.
Te mea supposita veluti trabe fulta ruina est
Si quid adhuc ego sum, muneris omne tui est.
Tu facis, ut spolium non sim; nec nuder ab illis.
Naufragii tabulas qui petiere meas.
Grandia si parvis assimilare licet.
Ablatum mediis opus est incudibus illud,
Defuit & scriptis ultima lima meis.
Et veniam pro laude peto, laudatus abunde,
Non fastiditus si tibi lector ero.
+ *Illud* amicitiæ sanctum & venerabile nomen
Re tibi pro vili sub pedibusque iacet,
Et tua sunt silicis circum præcordia venæ,
Et rigidum ferri semina pectus habent.

Donec

Donec eris felix multos numerabis amicos: +
Tempora si fuerint nubila, solus eris.
Utq; comes radios per solis euntibus umbra est;
Cum latet hic pressus nubibus, illa fugit:
Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus,
Quæ simul inducta nube teguntur, abit.
Hic status, hæc rerum nunc est fortuna mearum, +
Debeat ut lachrymis nullus adesse modus.
Sive aliquod morum, seu vitæ labe carentis
Est pretium, nemo pluris emendus erit.
Sive per ingenuas aliquis caput extulit artes,
Quælibet eloquio fit bona causa tuo.
Qua potes, excusa, nec amici desere causam. +
Quo pede cœpisti, sic bene semper eas.

E LIB. II. TRIST.

Sic capitur minimo thuris honore DEus.
Sed solet interdum fieri placabile numen;
Nube solet pulsa candidus ire dies.
Et maris adstricto qvæ coit unda gelu.
Eripit interdum, modo dat medicina salutem,
Et latro & cautus præcingitur ense viator,
Ille sed insidias, hic sibi portat opem.
Ut tamen hoc fatear, ludi quoq; semina præbent
Nequitiæ: tolli tota theatra jube
Non ideo debet pelago se credere, si qua
Audeat exiguo ludere cymba lacu
Divitis ingenii est, immania Cæsaris acta
Condere materia ne superetur opus.
Ennius ingenio maximus, arte rudis.
Non ego mordaci distrinxi carmine quenquam,

Nec meus ullius crimina versus habet.
Candidus a salibus suffusis felle refugi,
Nulla venenato littera mista joco est.
Nec mihi credibile est, quenquam insultare jacenti,
Gratia candori si qva relicta mea est.

LIBER III. TRISTUM.

Non qvi soletur, non qui labentia tarde
Tempora narrando fallat, amicus adest.
Ergo ego sum vitæ dubius, tu forsitan istic
Jucundum nostri nescia tempus agis,
Ingenio perii Naso poëta meo.
Dicere, Nasonis molliter ossa cubent.
+ *Usibus* edocto si quicquam credis amico,
Vive tibi, & longe nomina magna fuge.
Crede mihi, bene qui latuit bene vixit, & intra
Fortunam debet quisque manere suam.
Tu quoque formida nimium sublimia semper,
Propositique memor contrahe vela tui.
Nam pede inoffenso spatium percurrere vitæ
Dignus es & fato candidiore frui.
Me tenet adstricto terra perusta gelu.
+ *Ut* cecidi, cunctiqve meam fugere ruinam,
Versaqve amicitiæ terga dedere meæ.
Quæque tibi est linguæ facundia, confer in illud,
Ut doceas, votum posse valere meum.
+ *Quo* quisqve est major, magis est placabilis iræ;
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpus magnanimo satis est prostrasse leoni;
Pugna suum finem, cum jacet hostis, habet.
Lapsaqve sunt nimio verba profana mero.

Donec

Donec enim licuit, nec te mihi carior alter,
Nec tibi me tota junctior urbe fuit.
Littera sermonis fida ministra mei.
Aptaque in alternos cogere verba pedes.
Ista decens facies longis vitiabitur annis, +
Rugaque in antiqva fronte senilis erit.
Irus & est subito, qvi modo Crœsus erat.
Stulte, quid hoc frustra votis puerilibus optas,
Quæ non ulla tibi fertqve feretqve dies.
Forsitan hoc olim, cum jam satiaverit iram,
Tunc qvoqve sollicita mente rogandus erit.
Hei mihi, perpetuus corpora languor habet.
Ut tetigi pontum, vexant me insomnia, vixqve +
Ossa tegit macies, nec juvat ora cibus.
Quinqve per auctumnum percussis frigore primo
Est color foliis, quæ nova læsit hyems:
Is mea membra tenet, nec viribus allevor ullis,
Et nunqvam qveruli causa doloris abest.
Nec melius valeo, qvam corpore, mente, sed ægra est
Utraque pars æque, binaqve damna fero.
Si quis es, insultes qvi casibus, improbe, nostris, +
Meque reum demto fine cruentus agas;
Natus es e scopulis, nutritus lacte ferino,
Et dicam silices pectus habere tuum.
Qvis gradus ulterior, qvo se tua porrigat ira,
Restat? qvidve meis cernis abesse malis?
Nulla mihi cum gente fera commercia linguæ,
Omnia

Omnia ſolliciti ſunt loca plena metus.
Utque fugax avidis cervus deprenſus ab urſis
Cinctaqve montanis ut pavet agna lupis:
Sic ego belligeris a gentibus undique ſeptus
Terreor, hoſte meum pæne premente latus.
Et tamen eſt aliqvis, qui vulnera dura retractet,
Solvat & in mores ora diſerta meos.
In cauſa facili cuivis licet eſſe diſerto;
Et minimæ vires frangere quaſſa valent.
Ex illo ſuperant hæc ſimulacra viro.
Quid ſimulacra ferox dictis incesſis amaris?
Carnifici fortuna poteſt mea flenda videri,
Te tamen eſt uno judice merſa parum.
Ergo, quicunque es, reſcindere crimina noli,
Deque gravi puras vulnere tolle manus
Utque meæ famam tenuent oblivia culpæ,
Facta cicatricem ducere noſtra ſine.
Humanæque memor ſortis, quæ tollit eosdem,
Et premit, incertas ipſe verere vices.
Tempora nocturnis æqua diurna facit.
Prataqve pubeſcunt variorum flore colorum,
Indociliqve loqvax gutture vernat avis.
Nunc pila, nunc celeri vertitur orbe trochus.
Ingenium fregere meum mala: cujus & ante
Fons infœcundus, parvaque vena fuit.
Non hic librorum, per qvos inviter alarqve
Copia; pro libris arcus & arma ſonant.
Nullus in hac terra, recitem ſi carmina, cujus
Intellecturis auribus utar, adeſt.
Threicio Scythicoqve fere circumſonor ore,

Et

Et videor Geticis scribere posse modis.

LIBER IV. TRISTIUM.

Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis
Fallitur ancillæ, decipiturque, labor.
Materiam culpæ prosequiturque suæ.
Quodque mihi telum vulnera fecit, amo.
Semper in obtutu mentem vetat esse malorum.
Sic, ubi mota calent sacro mea pectora thyrso,
Altior humano spiritus ille malo est.
Utque soporiferæ biberem si pocula lethes,
Temporis adversi sic mihi sensus abest.
Meque tot adversis cumulat, quot littus arenas,
Quotque fretum pisces, ovaque piscis habet:
Vere prius flores, æstu numerabis aristas,
Poma per auctumnum, frigoribusque nives,
Quam mala, quæ patior, toto iactatus in orbe,
Dum miser Euxini littora sæva peto.
Nam dedit e specula custos ubi signa tumultus,
Induimus trepida protinus arma manu.
Hostis habens arcus imbutaque tela veneno,
Sævus anhelanti mœnia lustrat equo.
Flequæ meos casus, est quædam flere voluptas,
Expletur lacrymis egeriturque dolor.
Ardua per præceps gloria vadit iter.
O qui nominibus cum sis generosus avitis,
Exsuperas morum nobilitate genus.
Cujus inest animo patrii candoris imago.
Mensque mali sensum nostra recentis habet.
Jam subeunt anni fragiles & inertior ætas,

Jam-

Jamque parum firmo me mihi ferre grave est.
Scribere conabar verba soluta modis.
Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos,
Et quod tentabam scribere, versus erat.
Majus erat nostris viribus illud onus.

E LIBRO V. TRISTIUM.

Quo ferar, unde petam lapsis solatia rebus?
Anchora jam nostram non tenet ulla ratem.
Pars vitæ tristi cætera nube vacet.
Scilicet adversis probitas exercita rebus,
Tristi materiam tempore laudis habet.
† *Tu* quoque nostrarum quondam fiducia rerum,
Qui mihi confugium, qui mihi portus eras.
Tu quoque suscepti curam dimittis amici,
Officiique pium tam cito ponis onus.
Sarcina sum fateor, quam si nunc tempore nostro
Depositurus eras, non subeunda fuit.
Turpius ejicitur, quam non admittitur, hospes.
Tam me circumstat densorum turba malorum:
Crede mihi, vero est nostra querela minor.
Intempestivos igitur compesce furores,
Vela neque in medio delere nostra mari.
Vilia qui quondam miseris alimenta negabat,
Nunc mendicato pascitur ille cibo.
† *Passibus* ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxque loco.

Sed

Sed modo læta manet vultus modo sumit acerbos,
Et tantum constans in levitate sua est.
Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus.
Si numeres anno soles & nubila toto,
Invenies, nitidum sæpius esse diem.
Qui jam consuevit fortior esse miser.
Quassa tamen nostra est, non mersa nec obruta navis:
Utque caret portu, sic tamen extat aquis.
Cinctus ab innumero me tenet hoste locus.
Adde quod ingenium, longa rubigine læsum,
Torpet, & est multo, quam fuit ante minus
Vertitur in teneram cariem rimisque dehiscit,
Si qua diu solitis cymba vacavit aquis.
Contudit ingenium patientia longa malorum,
Et pars antiqui magna vigoris abest.
Scribis, ut oblectem studio lacrymabile tempus,
Ne pereant turpi pectora nostra situ.
Si tamen ipse vales, aliqua nos parte valemus;
Quippe mea est humeris fulta ruina tuis.
Nullus in egregio pectore nævus erat.
- - Quod non es, ne videare, cave.
Sic ferat ac referat tacitas nunc littera voces,
Et peragant linguæ charta manusque vices.
Esse bonum, facile est, ubi quod vetat esse, remotum est.
Cum Deus intonuit, non se subducere nimbo,
Id demum est pietas, id socialis amor.
Rara quidem est virtus, quam non fortuna gubernat,

Quæ

Quæ monet, ut facias, quod jam facis, ille monendo
Laudat, & hortatu comprobat acta suo.

EX LIBRIS FASTORUM

Eloquar, an sileam? lachrymæ sua verba morantur.
Prospera lux oritur, linguis animisque favete!
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.
Lite vacent aures, insanaque protinus absint
Jurgia, differ opus livida turba tuum.
Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes,
Iam nova de gravido palmite gemma tumet.
Creverunt & opes, & opum furiosa cupido,
Et cum possideant plurima plura petunt.
Sic quibus intumuit suffusa venter ab unda,
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.
In pretio pretium nunc est, dat census honores,
Census amicitias: pauper ubique jacet.
Victima, quæ dextra cecidit victrice, vocatur,
Hostibus a domitis hostia nomen habet.
Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam.
Siste puer lacrymas; Proteus tua damna levabit.
Qua positus fueris in statione, mane.
Mens abit & morior, quoties pugnantis imago
Me subit: & gelidum pectora frigus habet.
Jam dederat cantus lucis prænuncius ales.
Quid victor gaudes? hæc te victoria perdet.
Blanda quies furtim victis obrepsit ocellis.
Terreor admonitu, corque timore micat.

Mane.

Manabat saxo vena perennis aquæ.
Tarda venit dictis difficilisque fides.
Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra
Pectora pro facto spemque metumque suo.
Omne solum forti patria est, ut piscibus æquor,
Ut volucri vacuo quicquid in orbe patet.
Differ, habent parvæ commoda magna moræ.
Consilium multæ callidit atis init. +
O quam de tenui Romanus origine crevit!
Turba vetus quam non invidiosa fuit!
Et jactant faciles ad sua verba manus.
Mente premit tacita, dissimulatque metum.
Pendat ab officio spes mihi magna tuo.
Nam quia ver aperit tunc omnia, densaque cedit +
Frigoris asperitas, fœtaque terra patet;
Aprilem memorant ab aperto tempore dictum.
Proque sua causa quisque disertus erat.
Nunc herbæ rupta tellure cacumina tollunt.
Nunc tumido gemmas cortice palmes agit.
Illam supplicibus verbis placate.
Conscia mens recti famæ mendacia ridet,
Sed nos in vitium credula turba sumus.
Dantque levi somno corpora functa cibo. +
Qui bibit, inde furit: procul hinc discedite, queis est
Cura bonæ mentis: qui bibit, inde furit.
Iam calor unus inest rebus, tenebrisque teguntur
Omnia, jam vigiles conticuere canes.

+ *Tecta* meæ subeas quantulacunque casæ.
Non capiunt somnos, invigilantque malis.
- - *Habent* ventos jam mea vela suos.
Omnia purgat edax ignis vitiumque metalli
Excoquit: *audentem* talia dede neci.
- - - - *Lacrymas* introrsus obortas
Devorat, & clausum pectore vulnus habet.
Omnia sunt humeris inferiora tuis.
Stat mihi non parvo virtus mea, vulnera testor.
Conatusque aliquis vagina ducere ferrum,
Adstrictum longa sentiat esse mora.
- - - *Nunc* me grandius urget opus.
Magna fuit capitis quondam reverentia cani,
Inque suo pretio ruga senilis erat.
+ *At* simul inducent obscura crepuscula noctem.
- - - *Numero* copia major erat.
Vox erat in cursu: vultum dubitantis habebam.
- - - *Tunc* cum juvenilibus annis
Luxuriant animi, corporaque ipsa vigent,
Cætera luxuriæ nondum instrumenta vigebant.
Sparge precor donis pectora nostra tuis.
- - - *Me* fugit, quæ nominis exstet origo.
Tempus erat, quo versa jugo referuntur aratra,
Et pronus saturæ lac bibit agnus ovis.
Stetque favor causa pro meliore tuus.
Ablue præteriti perjuria temporis, inquit,
Ablue præteriti perfida verba fide.
Est Deus in nobis. agitante calescimus illo:
Impetus hic sacræ semina mentis habet.
- - - *In* vultu signa dolentis erant.

Blan-

Blandior, & partes pene rogantis ago.
Res est arbitrio non dirimenda meo.
Ad durum verbis mollibus usus erat.
- - - Color oris erat, qui frondibus olim
Esse solet series, quas nova læsit hyems.
Quid petis adscitas, luxuriose, dapes?
Mens quoque numen habet. *In* prece totus eram.
Terra pilæ similis, nullo fulcimine nixa:
Aëre subjecto tam grave pendet onus.
In multo nox est pervigilata mero.
Qui fert suspensos corde micante gradus,
Fecerat obsidio jam diuturna famem.
Cantat & ad nautas ebria verba jacit.
Auctor in incerto est.
Flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes.
Mistaque erat flammæ flamma profana piæ,
Abstulerat vires corporis ipse timor.
Si scelus est, in me commissi pœna redundent,
Scilicet interdum miscentur tristia lætis.
Rustica sedulitas gratior arte fuit.
- - - *Dubium* me quoque mentis habet.
Sustinuit tantas operum subvertere moles.
Sic agitur censura, & sic exempla parantur,
Cum judex, alios quod monet, ipse facit.
Nox erat & vinis oculique animique natabant.
Nec mora, convivæ valido titubantia vino
Membra movent: dubii stantque labantque pedes.
Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis,

Et fugiunt fræno non remorante dies,
In quo par facies nobilitate fuit.
†*Par* animo quoque forma suo respondit in illo,
Et genus & facies, ingeniumque simul.

EX EPISTOLIS.

RES est solliciti plena timoris amor.
Narrantis conjux pendet ab ore viri.
Et patet in curas area lata meas.
Tu citius venias portus & aura tuis.
Iura, fides, ubi nunc, commissaque dextera dextræ,
Quique erat in falso plurimus ore Deus?
Credidimus blandis, quorum tibi copia, verbis.
Exitus acta probat, careat successibus opto,
Quisquis ab eventu facta notanda putat.
Sarcinaque hæc animo non sedet apta meo.
Flava verecundus tinxerat ora rubor.
†*Sint* procul a nobis juvenes, ut fœmina, compti,
Fine coli modico forma virilis amat.
Quod caret alterna requie durabile non est:
Hæc reparat vires, fessaque membra levat.
Depuduit, profugusque pudor sua signa reliquit.
Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum est:
Quæ venit indigne, pœna dolenda venit.
Tu levior foliis, tunc cum sine pondere succi
Mobilibus ventis arida facta volant,
Et minus est in te, quam in summa pondus arista,

Quæ

Quæ levis assiduis solibus usta riget.
Non expectato vulnus ab hoste tuli.
Sed meriti famam, corpusque animumque pudicum
Cum male perdiderim, perdere verba leve est
Matris ab ingenio dissidet ille suæ.
Exerces preciosa odia, & constantia magno?
Illa minor culpa pœna futura mea est.
Da veniam culpæ, decepit idoneus auctor,
Invidiam noxæ detrahit ille meæ.
Cœpisti melius, quam desinis: ultima primis cedunt.
Si qua voles apte nubere, nube pari.
Aucupor infelix incertæ murmura famæ,
Speque timor dubia, spesque timore cadit.
Ingenio populi convenit ille sui.
Torpuerat gelido lingua retenta metu.
Fugerat ore color, macies obduxerat artus,
Sumebant minimos ora coacta cibos.
Illa fuit mentis prima ruina meæ.
Fac meus in ventos hic timor omnis eat.
Ultima mandato claudatur epistola parvo.
Sit tibi cura mei, sit tibi cura tui.
Nox tibi, ni properes, ista perennis erit.
Prima fuit vultus nuncia fama tui.
Est virtus placitis abstinuisse bonis.
Non tibi plus cordis, sed minus oris inest.
Ad possessa venis, præceptaque gaudia ferus:
Spes tua lenta fuit: quod petis alter habet.

Tarda solet magnis rebus inesse fides.
+ *Quid* bibulum curvo proscindere littus arratro,
Spemque sequi coner, quam locus ipse negat?
An nescis longas regibus esse manus.
Flamma recens parva sparsa resedit aqua.
+ *Non ita* contemno volueris præconia famæ,
Ut probris terras impleat illa meis.
Donaque promissis uberiora feram.
Fallitur augurio spes bona sæpe suo.
Sed nimium properas, & adhuc tua messis in herba est.
Sic ubi luxacta est, & noctis amicior hora,
Exhibuit pulsa sidera clara die.
Mille modi restant: clivo sudamus in uno:
Ardor inexpertum nil sinit esse meus.
Cur reus infelix absens agor: & mea cum sit
Optima non ullo causa tuente perit?
Si nescis, dominum res habet ista suum.
Non bove mactato cœlestia numina gaudent,
Sed, quæ præstanda est, & sine teste, fide,
Improbe, quid gaudes, aut quæ tibi gloria parta est
Quid tibi nunc prodest jurandi formula juris,
Linguaque præsentem testificata Deum?
Si mihi difficilis formam natura negavit,
Ingenio formæ damna rependo meæ.
Huc precor, huc vestras omnes advertite mentes,
Et sinite optatis pondus inesse meis.
Sex mihi surgat opus numeris, in quinq; residat,
Musa per undenos emodulanda pedes.

Cedamus, leve fit, quod bene fertur onus.
Vidi ego jactatas mota face crescere flammas
Et vidi nullo concutiente mori.
Te mihi materiam felicem in carmina præbe.
Verba superciliis sine voce loquentia dicam.
Hæc dicam mea sunt, injiciamque manus.
Multa miser timeo, quia feci multa proterve;
Exemplique metu torqueor ipse mei.
Consilium nobis resque locusque dabunt.
Æstus erat, mediamque dies exegerat horam.
Difficilem moto cardine pande forem.
Redde vicem meritis.
Ante vel a membris dividar ipse meis.
Heu melior quanto sors tua sorte mea est
Nox & amor vinumque nihil moderabile suadent.
Cum voluit, toto glomerantur nubila cælo:
Cum voluit puro fulget in orbe, dies.
Æquo animo pœnam, qui meruere, ferunt.
Adspice ut auritus miserandæ sortis asellus,
Assiduo domitus verbere tardus eat.
Stulte, quid est somnus gelidæ nisi mortis imago?
Longa quiescendi tempora fata dabunt.
Conveniens vitæ mors fuit ista tuæ,
Quid plenam fraudas vitem crescentibus uvis?
Promaque crudeli vellis acerba manu?
Et sint ominibus pondera nulla meis.
Verba puellarum foliis leviora caducis,
Irritaque, ut visum est, ventus & aura ferunt.

Cui peccare licet, peccat minus: ipsa potestas
Semina nequitiæ languidiora facit.
Desine [crede mihi] vitia irritare vetando,
Obsequio vinces aptius ista tuo.
Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata:
Sic inter dictis imminet æger aquis.
Quicquid letvatur, cupimus magis, ipsaque furem
Cura facit, pauci, quod finit alter, amant.
Ingenium quondam fuerat precioſius auro,
At nunc barbaries grandis habere nihil.
Perfer & obdura: dolor hic tibi proderit olim:
Sæpe tulit lasſis ſuccus amarus opem.
Sed nunquam dederis ſpatioſum tempus in iram;
Sæpe ſimultates ira morata facit.
Impia ſub dulci melle venena latent.
Vivam parsque mei magna ſuperſtes erit.
Paſcitur in vivis livor, post fata quieſcit:
Tunc ſuus ex merito quemque tuetur honos.
+ *Querit* aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.
Culpa nec ex facili quamvis manifeſta probatur.
Judicis illa ſuo tuta favore venit.
Multa ſupercilio vidi vibrante loquentes.
Nutibus in veſtris pars bona vocis erat.
+ *Conſcia* purpureus venit in ora robur.
Optima prima fere manibus rapiuntur avaris:
Implentur numeris deteriora ſuis.
+ *Quid* tolia arboribus, quid pleno ſidera cœlo,

In

In freta collectas alta quid addis aquas?
Curia pauperibus clausa est, dat census honores.
Inde gravis judex, inde severus eques.
Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipsæ
Ille locus casti damna pudoris habet.
Hic tibi quæratur socii sermonis origo.
Iam magno nobis ore sonandus eris.
Constitit in nullo, qvi fuit ante, color.
Ingenium cœleste suis velocius annis
Surgit, & ignavæ fert mala damna moræ.
Enumerem? numero cedet arena meo,
Quælibet officio causa sit apta tuo,
Quam cuperes fronti cornua nata tuæ!
Ah quantum est uni posse placere viro!
Pœna reversura est in caput ista tuum.
Fertilior seges est alienis semper in agris,
Vicinumque pecus grandius uber habet.
Non auis utiliter viscatis affugit alis,
Non bene de laxis casibus exit aper.
Multa rogant tradenda sibi, data reddere nolunt.
Promittas facito, quid enim promittere lædit?
Pollicitis dives qvilibet esse potest.
Flectitur iratus voce rogante DEus.
Sic, ne perdiderit, non cessat perdere, lusor,
Et revocat cupidas alea sæpe manus.

Tempore difficiles veniunt ad aratra juvenci:
Tempore lenta pati fræna docentur equi.
Ferreus assiduo consumitur annulus usu:
Interit assidua vomer aduncus humo.
Quid magis est durum saxo? quid mollius unda?
Dura tamen molli saxa cavantur aqua.
Per numeros veniunt ista gradusque suos.
Multa supercilio, multa loquare notis.
Forma viros neglecta decet.
†*Munditiæ* placeant, fuscentur corpora campo;
Sit bene conveniens, & sine labe toga.
Linguaque nec rigeat, careant rubigine dentes,
Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.
Nec male deformet rigidos tonsura capillos,
Sit coma, sit docta barba resecta manu.
Et nihil emineant, & sint sine sordibus ungues.
Inque cava nullus stet tibi nare pilus.
Nec male odorati sit tristis anhelitus oris,
Nec lædat nares virque paterque gregis.
Excidit ille metu, rupitque novissima verba,
Nullus in exanimo corpore sanguis erat.
†*Horruit*, ut steriles, agitat quas ventus, aristæ;
Ut levis in madida canna palude tremit.
Sæpe tacens vocem verbaque vultus habet.

Ne dubites illi verba secunda loqui.
Tuta frequensque via est, per amici fallere nomen:
Tuta frequensque licet sit via, crimen habet
Certa tibi a nobis dabitur mensura bibendi,
Officium præstent mensque pedesque suum.
Iurgia præcipue vino stimulata caveto,
Et nimium faciles ad fera bella manus.
Nunc titubat blæso subdola lingua sono.
Non tua sub nostras veniet facundia leges,
Fac tantum cupias, sponte discertus eris.
Pessima sit, nulli non sua forma placet.
Fiat amor verus. qui modo fictus erat.
- - *Innocui* vivite, numen adest.
Reddite depositum, pietas sua fœdera servet,
Fraus absit, vacuas cædis habere manus.
Si tamen a precibus tumidos accedere fastus
Senseris, incepto parce, referque pedem,
Lenius instando tædia tolle tui.
Intrat amicitiæ nomine tectus amor. +
Attenuant juvenum vigilatæ corpora noctes,
Curaque &, immenso qui fit amore, dolor.
Nil nisi turpe iuvat, curæ est sua cuique voluptas;
Hæc quoque ab alterius grata dolore venit.

Mille

- - *Mille* animos excipe mille modis.
Fœtoribus mores tot sunt, quod in orbe figuræ,
Qui sapit, innumeris moribus aptus erit.
Pars superat, cœpit pars est exhausta laboris
Hic teneat nostras anchora jacta rates.
Decidit in casses præda petita meos.
Quid properas juvenis? mediis tua pinus in undis
Navigat, & longe, quem peto, portus abest
Nec minor est virtus, quam quærere, parta tueri:
Casus inest illic, hic erit artis opus.
Difficile est illis imposuisse modum.
Et quoniam in patria fatis agitatus iniquis,
Vivere non potui, da mihi posse mori.
Nec tellus nostræ nec patet unda fugæ.
Restat iter cœli, cœlo tentabimus ire:
- - - *Ego* prævius ibo,
Sit tibi cura sequi, me duce tutus eris.
Nox oculis pavido venit obortа metu.
Philtra nocent animis, vimque furoris habent.
Sit procul omne nefas, ut ameris, amabilis esto.
Ingentii dotes corporis adde bonis.
Forma bonum fragile est, quantumqve accedit ad annos.
Fit minor, & spatio carpitur illa suo.

Nec

Nec semper violæ, nec semper lilia florent:
Et riget amissa spina relicta rosa.
Et tibi jam venient cani, formose, capilli:
Jam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.
Non levis ingenuas pectus coluisse per artes
Cura sit, & linguas edidicisse duas.
Dextera præcipue capit indulgentia mentes,
Asperitas odium sævaque bella movet.
Este procul lites & amaræ prælia lingvæ.
Fungitur in vobis munere legis amor.
Nunc via per jactas candida facta nives.
Cum dare non possem munera, verba dabam.
Cedimus, inventis plus habet ille meis.
Flectitur obsequio curvatus ab arbore ramus:
Franges, si vires experiare tuas.
Cede repugnanti, cedendo victor abibis;
Fac modo quas partes ille jubebit, agas.
Si rota defuerit, tu pede carpe viam.
- - - - *Exue* fastus,
Curam mansuri quisquis amoris habes.
Dum bene dives ager, dum rami pondere nutant,
Afferat in calatho rustica dona puer,
Hei mihi non multum carmen honoris habet.
Carmina laudantur, sed munera magna petuntur,

Dum

Dum modo sit dives, barbarus iste placet.
Aurea sunt vere nunc secula, plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor.
Ipse licet venias Musis comitatus, Homere,
Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras.
- *Partes* ille petentis agat.
- *Verba* querentis habe.
- *Nec* vultu destrue verba tuo.
Sæpe sub auctumnum cum formosissimus annus,
Plenaque purpureo subrubet uva mero.
Cum modo frigoribus premimur, modo solvimur æstu,
Aëere non certo corpora languor habet.
Nunc fere, quæ plena post modo falce metas.
Nec tibi morosi veniant fastidia morbi.
Nec tamen officiis odium quæratur ab ægro,
Sit tuus in blanda sedulitate modus.
Dum novus errat amor, vires sibi colligit usu:
Si bene nutrieris, tempore firmus erit.
Quem taurum metuis, vitulum mulcere solebas,
Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit.
Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo.
Quaque venit multas accipit amnis aquas.
- - - *Nihil* assuetudine majus.
Da requiem: requietus ager bene credita reddit:
Terraque cælestes arida sorbet aquas.

Sed

Sed mora tuta brevis, lenteſcunt tempore curæ.
Sed neque fulvus aper, media cum ſævus in ira eſt,
Fulmineo rapidos dum rotat ore canes:
Nec lea cum catulis lactantibus ubera præbet,
Nec brevis ignaro vipera læſa pede.
Ardet & in vultu pignora mentis habet.
Adſpice ut in curſu modo det fluitantia rector
Lora, modo admiſſos arte retentet equos.
Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis;
Nec facile eſt æqua commoda mente pati.
Ut levis abſumtis paulatim viribus ignis
Ipſe latet, ſummo candet in igne cinis.
Sed tamen extinctas admoto ſulphure flammas
Invenit, & lumen, quod fuit ante, redit:
Sic ubi pigra ſitu ſecuraque pectora torpent,
Acribus eſt ſtimulis eliciendus amor.
Prima fuit rerum confuſa ſine ordine moles:
Unaque erat facies, ſidera, terra, fretum.
Credita non ſemper ſulci cum fœnore reddunt,
Nec ſemper dubias adjuvat aura rates.
Dedecet ingenuos tædia ferre ſui?
Quid moror in parvis? animus majoribus inſtat.

Exi-

+*Eximia* est virtus præstare silentia rebus:
At contra gravis est culpa, tacenda loqui.
Tantalus in media garrulus aret aqua.
Famaque non facto crimine crimen habet.
+*Quod* male fers, assuesce, feres bene, multa vetustas
Lenit.
Dum novus in viridi coalescit cortice ramus,
Concutiat tenerum quælibet aura, cadet.
Mox etiam ventis spatio durata resistit,
Firmaque adoptivas arbor habebit opes;
Nominibus mollire licet mala.
+*Sæpe* latet vitium proximitate boni.
Dum vires annique sinunt, tolerare labores;
Jam veniet tacito curva senecta pede.
Illi munditiis annorum damna rependunt.
Aspicies oculos tremulo fulgore micantes;
Ut sol in liquida sæpe refulget aqua.
Solus & artifices qui facit, usus abest.
+*Cum* mora non tuta est, totis incumbere remis
Utile, & admisso subdere calcar equo.
Cantetur toto nomen in orbe meum.
Parcite paucorum diffundere crimen in omnes,
Venturæ memores jam nunc estote senectæ,
Sic nullum vobis tempus abibit iners
+*Discite*, eunt anni more fluentis aquæ,
Nec, quæ præteriit rursum revocabitur unda,
Nec quæ præteriit, hora redire potest.

Uten-

Utendum est ætate, cito pede labitur ætas:
Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.
Quam cito [me miserum] laxantur corpora rugis,
Et perit in nitido qui fuit ore color!
Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas;
Nec faciunt cervos cornua jacta senes.
Ite per exemplum, genus o mortale, piorum.
Quis vetet appositio lumen de lumine sumi?
Sed me flaminibus venti majoris iturum,
Dum sumus in cursu, provehat aura levis.
Prisca juvent alios, ego me nunc denique natum
Gratulor; hæc ætas moribus apta meis.
Nec prodite graves insuto vestibus auro.
Munditiis capimur, nec sint sine lege capilli,
Admotæ formam dantque negantque manus.
Nos male detegimur, raptique ætate capilli,
Ut borea frondes excutiente, cadunt.
Iam melior vero quæritur arte color
Ars casum simulat,
Quot nova terra parit flores, cum vere tepenti
Vitis agit gemnas, pigraque fugit hyems.
Scitis & inducta candorem quærere cera,
Sanguine quæ vero non rubet, arte rubet.
Qui nimis est gracilis, pleno velamina filo
Sumat, ex humeris laxus amictus eat.
Si niger, aut ingens, aut non erit ordine natus
Dens tibi, ridendo maxima damna feres
Ille sonat raucum quiddam, atque inamabile ridet,

Ut rudit a scabra turpis asella mola.
Hæc movet arte latus, tunicisq; fluentibus auram.
Excipit, extensos fertque superba pedes.
- - - - *Rusticus* alter
Motus in incessu, mollior alter erit.
Pro facie multis vox sua lena fuit.
Sed minimus labor est, sapienter jactibus uti,
Majus opus, mores composuisse suos.
Tunc sumus incauti, studioque aperimur in ipso;
Nudaque per lusus pectora nostra patent.
Ira subit, deforme malum, lucrique cupido,
Jurgiaque & rixæ sollicitusque dolor.
Sint modici rictus, sint parvæ utrinque lacunæ,
Et summos dentes ima labella tegant,
Nec sua perpetuo contendant ilia risu,
Sed leve, nescio quid, fœmineumque, sonent.
Et qui perverso distorserit ora cachinno.
Est & in incessu pars non temnenda decoris.
Discite fœmineo corpora ferre gradu.
Quod latet, ignotum est, ignoti nulla cupido.
Casus ubique valet, semper tibi pendeat hamus:
Quo minime credis, gurgite piscis erit,
Nec toga decipiat fi'o tenuissima, nec si
Annulus in digitis alter & alter erit
Judice me, fraus est concessa, repellere fraudem,
Armaque in armatos sumere, jura sinunt.
Pertinet ad faciem, rabidos compescere mores.
Candida pax homines, trux decet ira feras.
Ora tument ira, nigrescunt sanguine venæ,
Lumina Gorgoneo sævius angue micant,
Sæpe tacens odii semina vultus habet.

Nec

Nec nos ambitio, nec nos amor urget habendi.
Scilicet ingenium placida mollitur ab arte
Et ſtudio mores convenienter eunt:
Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia cœli,
Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.
Cingenda eſt altis ſepibus iſta ſeges.
Ponite jam gladios hebetes.
Non dubito, telis quin petar ipſe meis.
Tunc bene fortis equus reſerato carcere currit,+
Cum quos prætereat, quosve ſequatur, habet.
Inque tuo vultu verba timentis habes.
Tuta quoque eſt, fallitque oculos elaſt e recenti
Littera: carbonis pulvere tange, leges,
Munera [crede mihi] placant hominesque Deosque:
Non avis acupibus monſtrat, qua parte petatur
Non docet infeſtos currere cerva canes.
Prona venit cupidis in ſua vota fides
Iamque dies medius tenues contraxerat umbras,+
Inque pari ſpatio veſper & ortus erant.
Nec latebras vitiis nox dabit illa tuis.
Carpe cibos digitis: eſt quidam geſtus edendi,
Ora nec immunda tota perunge manu.
Neve diu præſume dapes, ſed deſine citra,
Quam cupias, paulo, quam potes eſſe, minus.
Et quæ nunc ratio eſt, impetus ante fuit.
Vento nam viget ille ſuo.
Cur aliquis laqueo collum nodatus amator
A trabe ſublimi triſte pependit onus.

Cur aliquis rigido fodiat sua pectora ferro?
Invidiam cædis pacis amator habes.
Quos suus ex omni parte fefellit amor.
Una manus vobis vulnus opemque feret.
Terra salutiferas herbas, eademque nocentes
Nutrit, & urticæ proxima sæpe rosa est.
Utile propositum est, sævas extinguere flammas,
Nec servum vitiis pectus habere suum.
Quis dolor armavit contra sua viscera matrem?
Quale sit, id quod amas, celeri circumspice mente,
Et tua læsuro subtrahe colla jugo.
Principiis obsta, sero medicina paratur,
Cum mala per longas invaluere moras.
Sed propera, nec te venturas differ in horas.
Qui non est hodie, cras minus aptus erit.
Interea tacite serpunt in viscera flammæ,
Et mala radices altius arbor agit.
Dum furor in cursu est, currenti cede furori,
Difficiles aditus impetus omnis habet
Impatiens animus nec adhuc tractabilis arte,
Respuit, atque odio verba monentis habet
Quis matrem, nisi mentis inops, in funere gnati
Flere vetat? Non hoc illa monenda loco est.
Cum dederit lacrymas, animumque expleverit ægrum,
Ille dolor verbis emoderandus erit!
Temporibus medicina valet: data tempore prosunt:
Et data non apto tempore vina nocent.

Hæc

Hæc sunt jucundi causa cibusque mali.
Otia si tollas periere cupidinis arcus,
Contemteque jacent & sine luce faces,
Cedet amor rebus, res age, tutus eris.
Affluit incautis insidiosus amor.
Da vacuæ menti, quo teneatur, opus.
Vel tu sanguinei juvenilia munera Martis
Suspice, deliciæ jam tibi terga dabunt,
Quæritur Ægisthus quare sit factus adulter?
In promtu causa est: desidiosus erat.
Obrue versata cerealia semina terra,
Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager.
Adspice curvatos pomorum pondere ramos.
Ut sua, quod peperit, vix ferat arbor onus.
Poma dat autumnus, formosa est mesibus æstas,
Ver præbet flores, igne levatur hyems.
Et tonsam raro pectine verrit humum.
Venerit insitio, fac ramum ramus adoptet,
Stetque peregrinis arbor operta comis.
Perfer & invitos currere coge pedes.
Sæpe bibi succos, quamvis invitus, amaros
Æger, & oranti mensa negata mihi est.
Ut corpus redimas, ferrum patieris & ignes.
Arida nec sitiens ora levabis aqua.
Ut valeas animo quicquam tolerare negabis?
At pretium pars hæc corpore majus habet.
Prætendis culpæ splendida verba tuæ.
Iam freta mota vides & debes illa timere:
Utilior velis post modo ventus erit.
Optimus ille fuit vindex, lædentia pectus

Vincula qui rupit, dedoluitque semel.
Hæc refer, hinc odii semina quære tui.
Mala sunt vicina bonis: errore sub illo
Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.
Auferimur cultu, gemmis auroque teguntur
Omnia, pars minima est ipsa puella sui.
Non semel est stomacho nausea facta meo.
Summa petit livor, perflant altissima venti:
Summa petunt dextra fulmina missa Dei.
+*Si* sapis, ad numeros exige quæque suos.
Nam juvat & studium famæ mihi crescit honore.
Sed quæ non prosunt singula, multa juvant.
Parva necat morsu spatiosum vipera taurum,
A cane non magno sæpe tenetur aper.
Tu tantum numero pugna, præceptaque in unum
Contrahe, de multis grandis acervus erit.
Ut prosint, non sunt experienda tamen.
Alterius vires subtrahit alter amor.
Grandia per multos tenuantur flumina rivos,
Magnaque subducto stipite flamma perit,
Quid moror exemplis, quorũ me turba fatigat,
Successore novo pellitur omnis amans.
Est aliquid valida sceptra tenere manu.
Non sunt imperii tam fera jussa mei.
In laqueos auceps decidit ille suos.
+*Intrat* amor mentes usu, dediscitur usu.
Postera lux aderit: careant tua verba querelis.
Et nulla in vultu signa dolentis habe.
Propositis frænis sæpe repugnat equus.
Quæ nimis apparent retia vitat avis.

Nam

Nam quoniam variant animi, variabimus artes:
Mille mali ſpecies, mille ſalutis erunt.
Corpora vix ferro quædam ſanantur acuto:
Auxilium multis ſuccus & herba fuit.
Deſine luctari, referant tua carbaſa venti,
Quaque vocant fluctus, hac tibi remus eat.
Torqueat hunc æris mutua ſumma ſui.
Ille habet in reditu navem, mare ſemper iniquum
Cogitat, & damno littora læva ſuo.
Filius hunc miles, hunc filia nubilis angit.
Et quis non cauſas mille doloris habet?
Quid faciam? mediam navem Palinurus in unda
Deſerit: ignotas cogor inire vias.
Quisquis amas, loca ſola nocent, loca ſola caveto.
Semper habe Pyladen aliquem, qui curet Oreſten.
Ruptaque ſingultu verba loquentis erant.
Dum ſpectant læſos oculi, læduntur & ipſi,
Multaque corporibus tranſitione nocent.
Vulnus in antiquum rediit male ſana cicatrix,
Succeſſumque artes non habuere meæ.
Proximus e tectis ignis defenditur ægre,
Utile finitimis abſtinuiſſe locis.
Quid juvat admonitu tepidam recaleſcere mentem?
Dum deſideriis effluit ille tuis.
Horrebant ſævis omnia verba minis.

Cum

Cum sibi quisque placet, credula turba sumus.
Ut flerent, oculos erudiere suos.
Flamma redardescit, quæ modo nulla fuit.
Divitiis alitur luxuriosus amor.
Enervant animos cytharæ, cantusque, lyræque,
Et vox, & numeris brachia mota suis.
Eloquar invitus, teneros ne tange poëtas,
Summoveo dotes impius ipse meas.
Carmina quis possit tuto legisse Tibulli?
Non opus est celeri subdere calcar equo.
Turgida nunc remis adjice vela tuis.
Utilius sumas acuentes lumina rutas,
Et quicquid veneri corpora nostra negat.
Nonne stupent multo corda sepulta mero?
Nutritur vento, vento restinguitur ignis;
Lenis alit flammas, grandior aura necat.
+*Contigimus* portum, quo mihi cursus erat.

FINIS.

LATINITATIS *ANTHOLOGIA*,

SIVE

LATINAE LINGUAE

FLOSCULI,

e classicis auctoribus,

atque optimis phrasiographis,
secundum seriem

selectiorum quorundam verborum,

Collecti, & Ita Dispositi,

ut septem hisce plagulis circiter
Septem selectarum locutionum millia
contineantur.

EDIT. VI.

auctore

J. L.

BEROLINI,
Sumptibus Jo. CHRISTOPHORI PAPENII,
Anno MDCCXIX.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn813608325/phys_0343
DFG

Lectori benovolo salutem!

DUos hodie præ aliis videas scopulos, quibuscum conflictatur juventus, Latinitatis studiosa. Alii in sola phrasium collectione satis diu occupati, earumque nuda contenti farragine, ab ipsa auctorum lectione fere abhorrent: alii vero ad nauseam usque eos, quos classicos vocamus, scriptores volvunt ac revolvuut, neglecto omni phrasiologiæ adminiculo. Utrique, diu multumque fatigati, aberrant. Illi quidem vocum ac loquendi formularum gaudent copia, sed judicii Latini, quod

inter alia e crebra auctorum lectione limatur, defectu laborant. Ex quo fit, ut plerumque, si vel una tantum periodus, aut epistola, Latine scribenda sit, absurdi fiant. Omnes enim periodi, undique ac sine delectu congesta phrasium turba, adeo intumescunt, ut ejusmodi sermo corpus referat hydropicum ac malesanum. Alii vero, ex assiduo auctorum usu aures nacti, Ciceronianis, aut alius scriptoris, numeris imbutas, sine aridatis vitio, ac tumoris tædio, Latine quidem scribunt; sed nihilo tamen minus ipsis non raro hæret facultas; quippe qui, a phrasium copia & varietate nimis leviter se instructos esse, deprehendunt. Quare nec solam sufficere lectionem, certum est. Legat aliquis Ciceronem, immo relegat, decies-

deciesque repetat, integra ejus, quæ extant, opera; quantam quæ ſo non faciet temporis jacturam? ac ubi divina illa memoriæ tenacitas, qua, ſi lecta ſervare velis, opus eſt? Et ſi quis lecta retineat omnia, unde, in uno Tullio univerſas Latinitatis opes contineri, conſtabit? Multæ enim ſuperſunt materiæ rerumque claſſes, quas ille parum, aut nihil, attigit. Immo fac, Terentium ac Nepotem, aut alios auctores praeter Ciceronem, ſibi aliquem reddidiſſe quam familiariſſimos; ego certe ſponſionem fecero, illum mihi non poſſe promte & quaſi ad unguem varias unius atque alterius verbi, ut *agere, dare facere, eſſe,* & hujus generis aliorum, ſignificationes, ac elegantes loquendi formulas, ſine adminiculo aliquo memoriae ediſſerere. Hærebit ergo

aqua etiam in sermonis compositione ac elocutione. E libello autem phrasiologico horulae unius spatio possunt ea, ad certas quidem voces pertinentia, confertim hauriri, quae vix vertente anno, immo ne annis quidem pluribus, e diffusa auctorum lectione carptim conquiras. Pari modo a recto absunt, cum qui studio grammatico nihil, tum qui eidem plus justo, tribuunt. Media itaque via tutissimus ibis in re grammatica & phrasiologica, nunquam non conjungenda cum sedula optimorum auctorum evolutione. Sic memoria juvabit judicium, ac judicio dirigetur memoria. Hæc mea experientia edoctus sum adolescens. Primum enim in locis phrasium communibus conficiendis eram totus;

filum

filum tamen orationis, aut epistolæ alicujus, non sine difficultate pertexi, sentiebam, quia ipsam sermonis structuram auctorum usu nondum satis comprehenderam. Studio itaque utroque postea conjuncto, in phrasiologia id potissimum egi, ut ad seriem verborum quorundam, insigni locutionum ubertate ac elegantia præ aliis gaudentium, ea quæ ad rem facerent, colligerem. Atque hæc illa sunt, quæ nunc aliquando auctiora in usum juventutis scholasticæ, fidei meæ commissae, typis committere volui. prostant quidem hanc in rem scripti varii libri, iique laude sua minime privandi, in quibus & Germanica adjecta esse videas: sed plerique adeo sunt diffusi, ut ab illorum usu alios arceat taedium, alios

pretium; illis potissimum in locis, ubi nulla est bibliopolii copia. Omissis itaque Germanicis, phrases Latinas bene multas in ejusmodi redegi compendium, ut in septem hisce plagulis earum circiter septem millia numerentur. Hanc vero Anthologiam non pueris, sed adolescentibus scriptam esse, facile potest judicari. Pueri enim, quos ipsa adhuc hujus linguæ rudimenta occupatos tenent, hæc non capiunt: adolescentes autem & juvenes, ipsorum auctorum lectione jam probe exercitati, non spernendum hic habent memoriæ subsidium, viamque inveniunt ad Latinitatis opes compendiariam; qua, si præeuntem habent magistrum, qui ipsis locutionum singularum, inprimis earum, quæ extra sermonis structuram intellectu sunt difficiliores, significationem ac proprietatem declaret, eo felicius incedunt. Vale.

Coslini Pomeranorum mense
Aug. MDCXCVII.

LATINITATIS.

ANTHOLOGIA.

AGERE aliquid magna contentione, actum, ætatem in literis, animam, ad præscriptum alicujus, arbitrium belli pacisque, consulatum, aliquem sive personam alicujus, in aliquo loco, conventum in aliquo Patrem magis quam victorem, convivium, festum, vitam, diem vitæ extremum, annum vigesimum, pecudes, causam, excubias, custodiam urbis, stationem, vigilias ad portam, mansionem cuniculos, curam rei, delectum, fabulam, forum, cum aliquo argumentis, hortatione, præceptis, lege; domi, ex bona fide, ex sponsu, ex syngraphia, ex æquo, jure summo, magno temperamento inter plebem ac senatum, cum aliquo furti vel injuriarum, gestum, hyemem sub tectis, sub dio; aliquem in crucem, in exilium, in admirationem, in stuporem, in fugam; abrupte, in spe bona, rem seriam, res suas, res alias, frondes, folia, radices, rimas, bellum, res & partes alicujus, nugas in orbem, litem adversus aliquem; aliquem retro, præcipitem, transversum; triumphum de & ex aliquo, spumas in ore, se pro equite, mensuram alicujus rei; age quod agis; id ago ut &c.

Nihil agendo male agere discimus: Magna vitæ pars elabitur male agentibus, maxima nihil

agentibus, tota aliud agentibus: Nullus agenti longus dies.

Agi desiderio alicujus rei, ferro in hostes. *Agitur* jam tertius annus ex quo vel cum; mecum bene, præclare, pessime, incommodius fama de & fama nostra, nostrum periculum, nostra res & existimatio & de existimatione, actum est de nobis. *Actis* mandare. in acta publica referre aliquid,

Actio fabulæ, in personam, actionem intendere alicui, in actiones forenses omnes fortunas insumere, virtutis laus omnis in actione consistit.

Abigere muscas, fastidium, gregem, *Abactus* magistratu, res furto abacta. *Abactus abactor.*

Adigere aliquem ad insaniam, ad jusjurandum, jurejurando, in verba sua aliquem, naves, arboricuneum, ensem in pectus; *Adigi* necessitate, tormentum non potest adigi

Ambigere de re; *ambigitur* hoc, jus inter illos: *ambiguus* consilii, futuri, ambiguæ fidei homo, ex ambiguo dicta: *ambigue* agere.

Circumagere equum freno, annus se circumagit: cum sole circum agi. *Cogere* in unum, in angustum, in ordinem, lanam in pileos, in cursum verberibus, naves in portum, aliquem ad lacrymas, operas, pecuniam, exercitum, consilium de re aliqua, manum perditorum hominum, senatum frequentem, vi & minis: si res coget: In nubem *cogitur* aer. *Coacta* alvi, flumina *coguntur* frigore. Lac *coactum*;

actum: multa sunt, ex quibus effici *cogique* possit: aliud quam *cogebatur* illatum est.

Degere in exilio, degendæ ætatis genus sibi constituere, vitam majestati regiæ proximam, vitam in otio, vitam in virtute, vel in egestate ac tranquillitate.

Exigere ætatem, æstatem, nomina, jusjurandum, confessionem culpæ, momentum ære perennius, aliquem urbe, honoribus, & ex urbe, sues pastum, desperatas pecunias, pecuniam imperatam, cito, creditum, ab aliquo veritatem, cædis ultionem, ad perpendiculum columnam, pœnam, & supplicium ab aliquo, vir *exactæ* ætatis, mense *exacto*, *exacta* effigies, *exacta* referre, furiis *exactus*; *exactiones* publicæ, *exactio* vinaria acerbissima, *exactor* iniquus,

Peragere aliquem furti reum, comitia, noctem insomnem, laboris pensum, omnia animo secum, partes suas, res gestas alicujus, ense latus.

Prodigere parta. *Prodigus* in re & alicujus rei, æris, nocendi, arcani; *prodige* vivere,

Redigere in memoriam alicui aliquid, in suam deditionem & potestatem, ad tres libros, penes aliquem copiam frumenti aliquod, aliquem ad miseriam, in ærarium pecuniam, pecuniam ex vectigalibus, rem ex difficillima facilem, victoriam ad vanum & irritum, in gratiam & concordiam aliquos, rem ad pristinam belli rationem, in unum, in ordinem, regionem in provinciam; aliquem in deditionem, in servitu-

vitutem, ſub imperium, in vel ſub poteſtatem ſuam; aliquid ad æqualitatem, in ſummam, in pretium, in tranquillum: *Redigi* ad ultimam maciem, ad incitas, ad inopiam, ad paucos: quo ſum *redactus*?

Subigere aliquem armis, animum alicujus, terram ciſione glebarum; *ſubactum* ingenium,

Tranſigere aliquem gladio, de re aliqua cum aliquo, controverſiam, vitam, verbo, non potuit *tranſigi* minori pecunia. *Transactum eſt*, facta & *transacta* omnia, *transactor*. Coſtas enſe *trasnadigere*.

Agitare in tuguriis, animum curis & cogigitationibus, conſilia, fugam, animo orbis terrarum imperium, animo rei menſuram, cætus, convivia, dies feſtos, ſecum aliquid mente, in mente, in animo, cum animo, equm calcaribus, vigilias, pacem, plebem ſeditionibus, noctem, moras, ingenium per ſtudia, gaudium, mentionem de re aliqua, vitam, juſtitiam, latrocinia, feras, præſidium: ſuum quemque ſcelus *agitat*: *agitatur* inter colludentes pueros regnum; *Agitare* multis fortunæ caſibus, libidine. furiis, injuriis, res agitata in concionibus. Mens *agitandis* inquirendisque rationibus alitur, mens *agitatione* vacua, rerum *agitatione* fit infinita cognitio. *Exagitare* mœrorem alicujus, rem rumoribus, aliquem rem aliquam, diſſenſionem in multos annos.

ACCENDERE facem, ignem, rei deſiderium, animum, alacritatem, ſitim, offenſiones

nes, febrim, ſpem, affectus in amorem ſui; aliquem in vindictam, in rabiem, ad certamina, in arma; invidioſa oratione credulam multitudinem; *accenſus* odio, ira, libidine: adconſequendos, quo priores ducimus, *accendimur*.

Incendere urbem, odores, alicujus animum, cupiditatem; aliquem querelis, ſtudio gloriæ, contumelia; annonam (Theurung gröſſer machen) in ſe odia hominum, libidinem; *Incendi* deſiderio, ira, ſuſpicione, alicujus ſtudio, gloria ad aliquid; invidiæ incendio conflagrare.

Succendere rogum, *ſuccendi* ira, amore; ignibus *ſuccenſis* torreri.

ACUERE linguam exercitatione dicendi; alicujus ingenium, induſtriam, prudentiam; famem, juventutem ad bonas artes, aliquem ad diſcendum, ad crudelitatem; illum fat *acuet* ætas.

Exacuere ſe mutuis exhortationibus, ingenii aciem, viſum, mucronem in aliquem.

ALERE morbum, vulnus, vitium, audaciam, ſpem, gloriam, bellum, capillum, equos, canes, exercitum, familiam, conſuetudinem, ingenium, monſtrum, vires; *alitur* vitium vivitque regendo; mens diſcendo *alitur* artem quæ-vis terra *alit*.

ARDERE incendio, bello, ſtudio belli, avaritia, doloribus Podagræ, invidia, ira, odio adverſus aliquem, rei amore, deſiderio, cupiditate, res ardet invidia, odia ardent bello, regio

nimio

nimio solis fervore *ardens*; *ardescere* incestas nuptias, vino in iras, *Exardescere* iracundia, exardescit amor, dolor, admiratio, ambitio, admirabilis quædam benevolentiæ magnitudo.

ÆSTUARE invidia, dubitatione, rei desiderio, æstuans animus, mare; *æstus* maris, irarum; magno curarum fluctuat *æstu*; mare *æxæstuat*, oriens torrenti calore solis *exæstuat*. + Bilis *inæstuat* præcordiis; stomachus invalidus & frequenter *interæstuans*.

ARCERE aliquem suis finibus, veterno, aditu DEI, reditu, hostem urbe, vel ab urbe, progressu, adolescentiam a libidinibus, homines pœna ab injuriis, solem. *Sallust. mayus.*

Coercere aliquem edicto, imperio, vinculis, suppliciis, carcere, exilio, cupiditates, improbitatem.

Exercere artem, quæstionem in aliquem & de aliquo, avaritiam in aliquem, æquabilitatem juris, rei commercium, ludicras artes & lenocinia, crudelitatem insatiabilem in aliquo, judicium, justitiam, inimicitias mutuas, pugnos in aliquem, agros, verba, memoriam, caponariam, victum opere rustico faciendo; quem *exercet* cita alvus, vel fortuna variis casibus,

CADERE ab alto, causa vel lite, in judicio, in acie, in versum, in rem apte, in deliberationem, in disceptationem, in intelligentiam, in offensionem alicujus, in suspicionem, pro patria, præter opinionem, peroportune & percommode, sub oculos, sub adspectum, in aut

sub

sub sensum, sub judicium sapientis, sub delectum, in aut sub potestatem alicujus. *Cadit* in eum suspicio, vel in eam hoc verbum maxime, non cadit in virum bonum mentiri, non cadit in alium tam absolutum opus, non cadit in istam ætatem hoc; dentes ei *cadunt*, *cadunt* in verba singula lacrymæ, animus illi *cadit* vel *cadit* animo, *cadit* ei ira, *cadit*, auctoritas, laus, ad irritum spes, solutio in hunc diem, adventus ejus in alienissimum tempus; gratum mihi *cecidit*; *cecidit* manu sua, ei aliquid incommodi, ira, aliter ac vel atque putaram; nihil mihi optatius potuit cadere; non in unam formam cadunt omnia, a te mihi semper omnia honeste & jucunde ceciderunt, insperanti mihi, sed valde optanti, cecidit ut &c. quomodo res *ceciderit*; quos neges, unquam posse jacere, cadunt. Poma *cadiva*, bona *caduca*, morbus *caducus*, literæ *caducæ*. *Casus* quem sæpe transit, aliquando invenit; si *casus* evenerit; celsæ graviori *casu* decidunt turres.

Accidere ad genua, ad pedes alicujus, ad aures, literis tuis nihil gratius mihi potuisset accidere; *accidit* hoc mihi gratissimum, præter omnem exspectationem; mihi facultas rei bene gerendæ, divinitus, in te istud verbum, ei clamitas, vel aliquid mali; *accidit* in puncto, quod non speratur in anno,

Concidere mente, animo, [sive mens & animus concidit,] sub onere, in optima causa, vulneribus, omnia *concidunt conciait*, bellum, ei fides,

Deci

Decidere spe, a vel de spe, in alterius imperium,

Excidere fine, numero, numero civium uxore, gratia; *excidit* mihi ex animo hoc, cogitatio, memoria, mentio hujus rei, hæc res.

Incidere in æs alienum, in aliquem, in morbum, in amorem, in amicitiam alicujus, in calamitatem, in cupiditatem rei, in discessum alicujus, in discrimen, in errorem, in fraudem, in furorem, in insanias hominum, in libros, in morbum de integro, in opinionem, in patrocinium alicujus, in tempora, in suspicionem rei, in plagas, in perturbationes,

Incidit in diem hunc, in mentem hoc mihi, metus animis, mentio illius vel de illo, terror exercitui, saxum in crura, casus, aliud ex alio, suspicio de me.

Intercidit gratia beneficii, memoria hujus rei, genus,

Occidere in nihilum, occidit hujus rei recordatio, spes nostra; *occidi*, (alias perii, actum est.) *Occasus* solis, urbis, imperii, reipublicæ, sol occiduus integri fere diei spatio in occiduo stetit,

Procidere ad pedes alicujus, sive alicui. *Procidua* sedes, *procidentia* ani.

Recidere in memoriam, in caput alicujus, ad ludibrium, ad nihilum, ad luctum ex lætitia, in morbum; *recidit* eo, hæc ars ad paucos, attenuata bellis civitas ad paucas familias.

CÆDERE aliquem ferula, virgis, pugnis ad

ad necem calcibus, sermones, sylvas, victimas, vinera sua, januam saxis, exercitum, *cæsim* vel punctim hostem petere; *accisæ* & attenuatæ res.

Circumcidere cogitationes, corticem, multitudinem sententiarum, negotiosam actionem.

Concidere multa millia hostium, alicujus auctoritatem, totis voluminibus aliquem.

Decidere quæstionem, cum creditore; *decisio* causæ, facere decisionem.

Excidere aliquid ex animo, urbem, arborem, sylvam, lapides e terra, causam mali, aliquem numero civium.

Incidere pennas alicui, nervos virtutis, nervos alicui, aliquid in ære, & æri, ludum allubescentem, corpus, venas, sermonem, spem.

Occidi occidione, res est occisa.

Præcidere alicui manum, linguam, licentiam, spem, belli causam, defensionem, potestatem, amicitias.

Succidere segetem: *succisivum* tempus, succisiva hora ac opera.

CALERE a recenti pugna, rei studio, in re frigidissima, cupidine laudis; *calent* judicia, bella, rumores, terræ sole, aures conviciis, crimen *calet*: *Calescit* aqua, animus: *concalescunt* animi ardore, frumenta.

Incalescere vino, multo mero, tempore jam incalescente, incaluit virtus. *Recalescere* motu.

CANERE magna voce, fidibus, tibiis, ad cytharam, eandem cantilenam, classicum,

receptui, palinodiam, laudes alicujvs, arma virumque; signa canunt.

Cantare carmina tibiis, ad chordarum sonum, vox svavis & *canora*. Aves & fides canoræ. *Concinere* cum aliquo pari voluntate: *decantata* Fabula.

CAPERE adversarium, animum patrium, arma, ætatem, aures, causam, cibum, cognitionem alicujus rei, fugam, fructum, sensum, usuram, voluptatem, desiderium, laudem, nomen, experimentum rei, exordium initium vel primordium a re, exemplum de ex vel in re, dolorem, documentum, gaudium, detrimentum vel commodum ex re, consilium, consulatum, inimicos omnes homines, incrementum, impetum in aliquem, honorem, inimicitias in se, in fidem aliquem, verborum laqueis vel dolis ac fraude aliquem, invidiam apud aliquos, laborem inanem, magistratum, mortem ob rem publicam, pœnam de aliquo, opinionem vetustatis, odium alicujus, maturitatem, mente aliquid, molestiam, provinciam duram, quietem, exemplum ex amicis, rimam, robur, sedem, satietatem, somnum, tempus scite & commode adeundi aliquem, sortito aliquem, ultionem ex pœna alicujus, vires, viam animo, spem, vultum novum, urbem.

Cepit eum admiratio, fiducia, luctus & pavor civitatem; animos oblivio, eum satietas vel tædium hujus rei; ædes hos non capiunt.

Capi desiderio, amore, furore, errore, voluptate

luptate, dulcedine pecuniæ, cœlo, pictura, aspectu florum, quod cupis, capis. *Captus* mente, auribus, membris, pedibus, manibus, oculis.

Capessere rempublicam, locum, arma, bellum, cibum, aliquid oculis, se domum, se in alta maris, se præcipitem ad malos mores; jussa vel imperia alicujus, regni solennia, pugnam, partem curarum, munia, honorem, fugam, cursum ad aliquem, principium, facilis capessendis inimicitiis.

Captare aliquem, gratiam, auram libertatis, assensionem, voluptatem vel favorem ex aliqua re, occasionem, plausus, compendium, consilium, nomen imperatorium, risum, muscas, umbras arborum, voluntates hominum, voces auribus, temporum momenta omnia, solitudinem, sermonem alicujus. *Capax* scelerum, captator auræ popularis; *capacitas* dolii, fallax & *captiosa* quæstio, quo nihil *captiosius* dici potest.

Accipere a majoribus, ætatem, aliquem in fidem suam, aliquid in deditionem, aliquem lepide & nitide in prandio, aliquid in superbiam, in bonam vel malam partem, aliorsum seu in aliam partem atque dictum est, preces alicujus superbius, excusationem; in se contumeliam, jacturam, honores, exercitum, consilium, conditionem ab aliquo; cognomentum justi, aliquem pro factis, cognitionem alicujus rei, legationem, jugum, injuriam, jusjurandum ab aliquo, memoriam de aliqua re, imperium,

fiduciam, dolorem magnum & incredibilem, aliquem sub imperium, aliquem vadem, mandata ad aliquem, sententiam satisfactionem alicujus, stipendium de publico, sordes ab aliquo, rudem, repulsam, pro vero, rationes ab aliquo, solem totius diei, pignori aliquid, palmam, obsides, plagam, nuncium, originem ab aliquo, aliquid muneri, seu in munere & in muneribus, existimationem, cladem, detrimentum, auditione & fama aliquid, auditionem dere aliqua, aliquid æquis pronisque auribus, æquo animo, omnia ad contumeliam, aliquid in majus, siniſtre, mollius, ægre, Elemenʒer, moderate & amice; aliquid in solutum ad sententiam, alicujus admonitionem patienter, aliquem magnifice, familiariter, comiter, durius, aspere, male verbis & verberibus, indignis modis, laute, prolixe, honorifice, apparatis epulis, apparatu regio, pro dignitate, (pro, tractare aliquem,) graviter casum aliquem, aliquem in amicitiam, aliquam in matrimonium, aliquem in societatem laboris vel regni, consulem de plebe. *Acceptam* referre pecuniam, DEO omnia *accepta* ferre, alicui quid acceptum ferre & referre.

Antecapere tempus alicui, famem, noctem, locum castris. *Concipere* fraudem, imaginem alicujus animo, auribus & oculis cupiditatem, maculam ex aliquo, colorem, iram animo, jusjurandum, flammam, dedecus, inimicitias cum aliquo ex aliqua re, verba, vitia, scelus animo, summa

ſumma de aliquo, ſpem de aliquo, ſpem alicujus rei, odium in aliquem, opinionem, morbum, dolorem, dulcedinem animo, radices, verbis aliquid, *conceptis* verbis jurare.

Decipere ſpecie recti, expectationem alicujus, ſpes eum decepit.

Excipere aliquem injuria, hoſpitio, humaniter, benigno vultu, brachiis, oſculo, auribus avidis aliquid, cuniculos hoſtium transverſis cuniculis, verba alicujus, tela ac vulnera adverſo pectore, factum & dictum alicujus illuſtri gratia, rumores, hoſtes fugientes, labantem, impetum alicujus, mandata & voces alicujus, ſpiritum alicujus extremum, vim frigorum hyememque, ſe pedibus vel poplitibus, aprum venabulo, hoc blande excipit oculos, excipient memoriam ejus conſequentes anni, virtutem excipit immortalitas, excepto quod; teſtis omni *exceptione* major.

Intercipere iter, literas alicujus, victoriam, ſermonem medium. *Intercipi* morbo, mortalitate.

Percipere fructum ex aliqua re & alicujus rei; diſciplinam, dolorem, luctum, aliquid animo, conjectura, opinione, oculis, auribus, memoria.

Præcipere fata veneno, futura cogitatione, alicui alicujus cuſtodiam.

Recipere aliquem menſa, tecto, ſinu, civitate, & in civitatem, in gratiam & neceſſitudinem ſuam; ſe ad bonam frugem, in ſe tutelam,

animum ex pavore, consilium alicujus animo, cunctationem, ad ingenium vetus se, civitatem in fidem, in fidem data dextra, in deditionem, fidem de aliquo, in hyberna milites, in se onus, se ad aliquem fuga, se ex fuga, aliquid alteri affirmatione; tibi promitto ac recipio, *recipi* in cibum, in mensas, furum *receptator*, seu *receptor*. *Receptui* canere, signum receptui dare, receptum amittere. *Suscipere* partes alicujus & pro aliquo, odium alicujus, liberos ex aliqua, amorem, bellum, cogitationem de re aliqua & alicujus rei, alicuius personam, defensionem, curam & patrocinium; cicatrices adverso pectore, in amicitiam aliquem, culpam alicujus in se, exilium, pœnam, æs alienum amicorum, crimen defensione, executionem negotii, deliberationem alicujus rei, simultates in se, iter, vigilias, miseriam voluntariam, animo ac spe majora, salutem reipublicæ, votum DEO, *suscepit* vita hominum & consuetudo, ut &c. in lucem *suscipi*. *Susceptorem* aliquem exorare.

CARERE culpa, invidia, oculis, fide, suspicione, odio, facile aliqua re, crimine, aditu, luce forensi, sensu alicujus rei, justis exequiarum, res fide *carens*: amicitiæ quid habeant voluptatis, *carendo* magis intelligitur, quam fruendo.

CARPERE aliquem, herbas, flores, poma, pensum, lanam, aliquem dente maledico, alicujus facta, faciem, somnum, cibos digitis, forma spatio *carpitur* ipsa suo: vulnus alit venis & cæco carpitur igni. *Carptim* aliquid aggredi,

di, carptim breviterque aliquid perſtringere. *Concerpere* epiſtolam.

Decerpere uvam, flores, adducto ramo pomum, fructus ex aliquare, ex aliqua laude ſibi aliquid.

Diſcerpere aliquid in partes, in membra, corpus equis in diverſum concitatis,

Excerpere e malis bona: *præcerpere* fructum officii alicujus, præcerpta victoriæ lætitia.

CAVERE ſibi ab aliquo, a veneno, legibus, teſtamento aliquem, alcui de re aliqua, obſidibus de pecunia (gut ſagen/) ſibi obſidibus ab urbe; cavere ei melius volo, quam ille aliis ſolet; tu quod cavere poſſis ſtultum eſt admittere; nunquam homini ſatis cautum eſt in horas. *Cauto, cautione* opus eſt; *Cave* exiſtimes.

CELEBRARE conventus, locum conventibus, ludos, ferias, diem feſtum, exequias, convivium, nuptias. nuptiarum ſolennia, natalem alicujus, memoriam alicujus, ſcriptis *celebrari*; res conſtantia fama omniumque ſermone *celebrata*, res annalium monumentis *celebrata*; cujus nomen in foro *celebratur*, in *celebritate* eſſe, verſari: qui ab ineunte ætate habet cauſam celebritatis ac nominis. *Celebritas loci*. *Concelebrare* funus, alicujus diei victoriam; Res ſermonibus *percelebrata*.

CERNERE verum, animo & oculis, hæreditatem, hæreditatem alienæ gloriæ, arctiori cribro, per cribrum minutiſſime; bene *cretus*

Decernere de aliqua re, alicui statuam, honorem, imperium, legationem, triumphum, præfecturam, alicui gratulationem conservatæ reipublicæ, acie, armis, sumtus alicui, sumtus in aliquid.

Discernere fines, stultum a sapiente, alba & atra.

Excernere parum, nimium, difficulter. *Excreta* tritici: furfures a farina *excreti*: *secernere* pestifera a salutaribus, e grege.

CIERE vel CIRE alvum, urinam, turbas, cruciatum, pugnam, bellum acerrime, adm. sui, ære viros, ad arma, fletus, aliquem nomine; *Citare* equum, agmen, gradum, cursum, aliquem capitis, aliquem testem; *cita* alvus, *citato* cursu ad hostes venire.

Accire aliquem peregre, properis literis; *accitu* patris venit.

Concire iram, seditionem, turbas; belli *conciter*.

Concitare bellum, morbos, seditionem, invidiam alicui, se in hostem, equum calcaribus, servitia, plebem, in iram aliquem; *concitari* mirabili studio ad aliquid, in aliquem terrore: seditionis *concitator* & stimulator, *concitatius* dicere.

Excire lacrymas alicui, ætatem militarem, aliquem somno, hostem ad dimicandum, aliquem ad cupiditatem discendi.

Excitare amorem sui ac rei, aciem cultri vel oculorum, aliquem cohortationibus ad arma,

ma, ad virtutem, ædificium, languentem labentemque ad decus, admirationem hominum summam, aliquem a mortuis, ab inferis, mortuos, clamorem, alicui metum, memoriam, incendium in alicujus fortuuas, bellum, palatum, vel stomachum, suspicionem, cunctantem & diffitentem auctoritate sua, jacentem, motus, aliquem præmiis & promissis, sepulchrum e lapide, sermones varios de re, vapores, clamor excitatissimi odoris.

Incitare equum, scribendi studium, aliquem cupiditate aliquid faciendi, beneficiis, animum cohortatione, navem currentem, ad studium & laborem, sitim; *incitato* cursu ac equo, ira incitatus, fluvius incitatior, conversio mundi incitatissima, numerus brevitate pedum fluit *incitatius*, acri & vehementi *incitatione* inflammari; sol tanta incitatione fertur, ut celeritas ejus quanta sit, ne cogitari quidem possit. Percitus furore, animo irato & percito aliquid facere. *Suscitare* somno aliquem, ignes sopitos, bellum civile, cura *exsuscitat* animum: positamque *resuscitat* iram.

CINGERE castra vallo, urbem mœnibus ac copiis vel obsidione, caput corona, vasa circulis, se gladio, cingit urbem fluvius, mare provinciam, cingi corona hostium, periculis.

Accingere se ad opus & operi, accingi ad spem majorem, accinctus studio popularium, *Discincta* vestis, discinctus animus.

Præcingi ense, In *procinctu* stare, habere, facere.

Recingere vestem. *Succingere* se aliorum terrore, succingi canibus, armis, ferro,

CEDERE locum ac jus suum alicui, naturæ, tempori, oneri, periculo, famæ, præcibus alicuius, fato, campo, bonis, loco, regione, possessione hortorum alicui, urbe, de iure suo, ab oppido, de oppido, de loco ac fortunis suis, vita & e vita, in proverbium, in exemplum; + *Cede* repugnanti, cedendo victor abibis. Res ei male *cesſit*, cesſit pœna in vicem fidei, secus cesſit quam putaram; dies *cedunt*, hoc tibi *cedit*.

Cessare a præliis, in studio & opere; *cessat* opus; quod cessat ex reditu, frugalitate supplebitur; non cessat eum urgere de hac re, amici magnam partem *cessatores*. *Cessata arva*.

+ *Abscedere* irrito incepto, e conspectu alicuius, abscedit sol & ægritudo, ab illo ira.

Accedere ad pedes alicuius, ad conditionem & pactionem, ad consilium & sententiam alicuius vel sententiæ, ad amicitiam alicuius, ad aliquem cominus, ad rempublicam, ad causas, ad societatem rei, in ornamentum operis, ad veritatem propius, prope ad similitudinem rei, ad aliquid & alicui maxime, in plerisque alicui, ad viciniam alicujus rei, mœnibus & ad mœnia;

nia; *accedit* febris, sermo ad aures meas, mihi animus, ei proximus, plurimum pretio, ad reliquos labores etiam hoc; huc accedit quod; malam rei vel ad rem; accedere nihil potest ad amorem; *accessit* operi extrema manus, ei aliquid pecuniæ, vinoæ tas; *accessus* & *recessus* maris, accesio virium, accesio febris, ædibus accessionem adiungere, annorum accesio; *accessum* alicui dare.

Antecedere aliquem & alicui ætate, magnis itineribus, usu rerum, honore, cibum antecedat exercitatio, In *antecessum* dare. Equi *antecessores*.

Concedere e loco, & ad locum, in urbem habitatum, alicui de & in re, *simpliciter* concedere est mori, alicui aliquid de iure suo, in exilium voluntarium fatis, veneno, vita, primas alicui, ingentem aliquam, in sententitam, in ius & ditionem alicuius, petitioni alicuius. Nemini concedo, qui maiorem ex pernicie rei publicæ molestiam contraxerit.

Decedere alicui via, de via, iure suo, a decretis, fide, instituto suo, officio, de vel ab officio, per divortium ab aliquo, possesione sive de possessione, sententia, de sententia, in summa paupertate; de summa vel capite nihil *decedet*; *decesit* hæc mihi cura, ex partu coniux; *decedit* febris, periculum de causa eius; *decedunt* vires.

Discedere nunquam latere alicuius, a iudicio causisque, ab officio, a contentione, a con-

consvetudine alicujus populi, e conspectu, a sperata rei gloria, a sententia sua, â mente, a fide, a constantia, pari prælio, nunquam transversum digitum a sententia, in opinionem alicujus, pedem ab aliquo, in factiones; memoria illius nunquam ex animo discedet; *discesſit* mos, quartana ab illo, spes ei, uxor a marito, superior, inferior, terra, cœlum; *discessionem* ab aliquo facere.

Excedere urbe & ex urbe, limites officii, modum, aliquem magnitudine, magnitudinem fabæ, annos decem, ne digitum transversum quidem, fidem, e pueris, ex ephebis, e memoria, ex animo, vita & e vita, e corpore, finibus provinciæ, de medio.

Incedere lætitiis omnibus, magnifice segniter, per viam, sua via & suam viam.

Incessere aliquem saxis, jaculis, dolis, conviciis, aspere aliquem; *Incesſit* illi vel illum cupido visendi tempulm, ei dolor, cupido gloriæ, mos, ei timor, eum inopia, animus mœstitia, morbus in castra, eum religio, admiratio, rumor, seditio, spes, principium anni fœdum.

Intercedit mihi cum illo familiaritas, dies, nox, annus, ira inter eos, mora, mihi usus & affinitas cum ipso, tristitia gaudio.

Præcedere aliquem autoritate, humanitate, in aliqua re.

Procedere aliqantum viæ in publicum, in multum vini, in solem, ad opes, in sublime, in virtu-

virtute, longe ad virtutem, ſtudiis, honoribus, opere, ætate, obviam alicui, viam tridui, iter dierum quinque, eo iræ & inſolentiæ; *procedit* opus, conſilium proſpere, funus, tempus.

Recedere ab officio, a conſvetudine, ab oculis, a natura, a vita, ab armis, a ſententia alicujus, a ſignificatione, de ſtatu dignitatis.

Receſſus maris, animi, res plus habet in receſſu, quam in fronte promittit, *Secedere* de via, in locum aliquem.

Succedere in alterius locum ſeu vicem, muris & ad muros, muneri alicujus vicarium, in pugnam alicui, in opes paternas; ſi hac non ſucceſſerit, alia aggrediamur via, *ſuccedit* ex ſententia, ætas ætati; hæc tibi ſuccedent, ut gramina paſta catello.

CLAUDERE agmen vel aciem, mare, benignitatem in aliquem, curiam alicui, domum pudori & ſanctimoniæ omnes aditus, fugam alicui, urbem operibus, aures veritati, ſepta amiſſo grege; pudor conſvetudinem mihi tuam *clauſit*; *claudi* multitudine, clauſa habere conſilia. *Circumcludi* exercitu.

Concludere epiſtolam, in unum diem multa; animum in corpore concluſit Deus.

Excludere aliquem actionis iure, reditu, hæreditate, menſa, honoribus, loco, ſuffragio, omnis ſpes eſt excluſa, excludunt gallinæ: *excludi* tempore vel temporis anguſtia, a gubernaculis civitatum, ab extremo complexu liberorum excluſæ matres.

Inclu-

Includere in carcere & in carcerem, verba versu, vocem, gemmam auro, angustiis temporis. *Intercludere* alicui animam, spiritum, reditum, iter, vias omnes seditionum. fugam, hostibus commeatum, commeatu & a commeatu & frumento hostes, spem commeatus, hostes ab oppido & ponte.

Occludere alicui linguam, libidinem contumeliis; *occlusum* odium effundere.

Præcludere alicui omnes aditus misericordiæ, aures, aditum, iter. *Recludere* operta, vias. *Secludere* curas.

COLERE aliquem summa observantia, agros, vitem, amicitiam, fidem, iustitiam, studia, literas, pietatem, beneficii memoriam benevolentia sempiterna, memoria absentem, mirifice aliquem colere & amare, DEUM pietate, urbem, i. e incolere, corpus; iustitia gentis ingeniis culta non legibus. *Cultus* DEI, externus cultus, gens cultu aspera.

Excolere animum doctrina, liberos disciplinis sive studiis, dare se philosophiæ *excolendum.*

Incolere urbem, qui trans Rhenum *Incolunt.* *Incultus* ager, in cultum corpus, ingenium, inculta oratio, vita. Inculte & horride dicere. *Percolere* aliquem honore.

Recolere avitum decus, ingenium meditatione, intermissa metalla, artes inter se, alicuius rei memoriam, aliquid secum.

CONSULERE aliquem per literas, ius, in medi-

medium, in unum, in publicum, in commune, aliquid æqui bonique; alicui bene, male, optime, recte; suis rebus, commodis, rationibus, suæ dignitati, saluti, in longitudinem, in rem sapienter; in aliquem acerbe, arroganter; violenter, gravius, crudelitet; si quid crudeliter vel si quid crudelius in eum consuluisset: non est *consultum*, optime ipse consultum volo; consulte aliquid facere; insscio & inconsulto domino, turba inconsulta, incaute *inconsulteque*. *Consultare* de bello,

COQVERE panem, cibum, lateres, cerevisiam, bellum, consilia, quem cura coquit: Sol coquit fructus, Tegulæ vel lateres coctiles. *Concoquere* cibum, odia & injurias non sorbere solum, sed etiam concoquere, Olus *decoquit* humorem; quarta pars argenti *decocta*: fortunæ non suo vitio *decoctæ*; *decoquere* rem: quem alea *decoquit*: accensam decoqvit iram: *decoctor*. Terram sol *excoquit*: teneras mora *percoquit* uvas. Fructus & ingenium *præcox*, præcocia poma: dare se magistris informandum ac quasi *recoquendum*, Hordeum *semicoctum*.

CUDERE argentum, frumenta, dolos; in me cudetur hæc faba; & male tornatos *includi* reddere versus: esse inter metallum & *incudem*. *Excudere* opus aliquod ova: *excusor procudere* dolos, linguam, procudere ferrum, i. e. cudendo extenuare.

DARE aciem vel pugnam, ad legendos libros se; aliquem morti, ad mortem, ad remum,

ad

ad terram, animum ſuum alicui, animum ad loquendum libere, arbitrium inter aliquos, animum mœrori, angori ſe, animum alicui maiorem, anſam alicui rei, amplitudinem nominis poſteris, ad ſcribendum aliquid argumenti, aures alicui, auribus alicuius aliquid, autorem alicui, aditum ad ſummam autoritatem. Beneficium, bellum alicui. Campum alicui in quo excurrat virtus, cœnam comitatis exquiſitiſſimæ, civitatem, conſilium alicui, concionem, claſſem, claritatem, colloquium, colorem alicui rei, comitem ſe alicui, copiam aliquid faciendi; laudi, crimini vel culpæ, vitio aliquid alicui, cruci aliquem, curſum navibus, conveniendi aditum petentibus. Damnum vel malum, delectum, defenſionem, diem, dextram & fidem, dolorem alicui, dono alicui aliquid, epulas oculis, experimentum inſignis artificii, excidio vel exitio; Famæ aliquid, fidem ita aliquid futurum, fidem & jusjurandum, fœnori & in fœnus aliquid, in fugam ſe vel aliquem, fructus, fortuna de improviſo data. Gratiæ alicujus aliquid, hilarem ſe alicui, da te nobis hodie, hoc mihi da (thue mir das zu gefallen) honori alicuius aliquid, hoſtibus victoriam facilem, in conſpectum aliquem alicui, in cuſtodiam, ſe in diſciplinam alicuius, in matrimonium filiam alicui, filiam nuptum, in mandatis alicui aliquid, in pedes ſe, aliquem in ruborem, in vincula, itineri vel in viam ſe, in tormenta, in quæſtionem vel quæſtioni, immorta-

mortalitatem nomini suo, impetum in aliquid, indicium, impunitatem alicui, alicui imperium urbis perpetuum, legationem alicui, literis se, literas ad aliquem, locum petitioni, locum alicui in urbe, lumen alicui rei, manus, manu plena, mœrori animum, aliquid mutuum & mutuo, vel pecuniam mutuam, dono vel muneri aliquid, & alicui munus, negotium alicui, nomen militiæ & ad militiam, novitatem vetustis. Ob viam se alicui, aliquid oblivioni, operam auribus; operam assiduam foro, vel stilo, funeri, valetudini, sermoni alicujus operam alicui perpurgatis auribus, operam alicujus rei studio, operam id, optionem alicui, otio se; *Alicui* palmam, præsidium, provinciam, partes primas, pœnas criminis ac stili, pœnas cineri & ossibus alicujus, pignus alicui & pignori aliquid, plausum, portorium, potui aliquid, præcipitem aliquem, & in præceps, præmium & in præmium, pretium præ manu; precibus alicujus aliquid; Quæstioni aliquem & in quæstionem, quies corpora; receptum vel recessum alicui, responsionem, responsa per internuntios, uti se res dat, vel dederit. Salutem alicui, se in civitatem, se in alicujus familiaritatem aut disciplinam, se philosophiæ, se reipublicæ, se turpiter, se, in conspectum, specimen virtutis, somno se, spatium respirandi & se recolligendi, speciem abeuntis exercitus hosti, supplicium de tergo, terga, ad teram, testerram, testimonium, turbas: Alicui vacationem la-

boris, veniam unius diei, verba, vocem alienæ personæ, vela in altum, vela indignationi, usuram rei, usuram lucis, usuram unius horæ ad vivendum.

Circumdare murum urbi cocto latere, cancellos sibi, ignes vallum, fossam, oppidum vallo & fossa, custodias, argentum auro, lecto aulæa.

Abdere se interiorem partem ædium, sub veste, domo, se totum in literas & bibliothecam, in solitudinem, in occultum, ex conspectu alicujus, se domum vel rus, aliquid intra vestem, sub veste, stultitiam.

Addere alicui animum, calcar, scribendi alacritatem, calculum album errori, literas in fasciculum, imperio multum, in cava dentium aliquid, cumulum & pondus commendationis, aliquid dono, fidem, vitium pudicitiæ, *adde* quod.

Condere aliquid arca, terra, sepulchro, & in sepulchro, pecuniam, frumentum, gladium, regna, civitatem novam legibus, aliquem in carcerem, aliquid in animum, aliquid pectore, iram, historiam, gentem, urbem, laudes alicujus, rempublicam, carmen, leges, (*condere* diem, seculum, est finire) conditor historiæ, imperii, sectæ.

Recondere gladium in vaginam, literæ reconditæ ab orbe *condito*, poma *conditiva*.

Dedere se hosti, totum alicui, desidiæ, morti, angoribus, voluptatibus, animum alicui rei, aures suas alicui, se penitus in alicujus familiaritatem

ritatem, ad scribendum se, se in arbitrium hostium, aliquem alteri ad supplicium, se vitiorum illecebris & lenociniis cupiditatum; *data* vel *dedita* opera, literis deditus; *deditionem* facere ad hostem.

Edere librum in lucem, partum vel partu infantem, cædem, scelus, spiritum extremum, librum fœdum in aliquem, animam, certamen cruentum, clamorem, ludos, mandata, fœda avaritiæ exempla, frondes, in vulgus, oraculum, ovum, nomen suum, risum, ploratum, scelus in aliquem, strepitum, vocem, stragem, in lucem edi.

Indere alicui catenas, vincula, compedes, nomen, fenestras ædibus. *Obdere* pessulum foribus, ceram auribus.

Perdere operam & oleum, colorem, formam, tempus, causam, rem & fidem, vitam, omnes industriæ fructus, gratiam, virtutem pristinam luxuria & malitia; homo *perditus*, perditus egestate & fame, ære alieno, mœrore & miseriis, perdita consilia, perdita nequitia, perditi animi homo, profligatissimus & perditissimus omnium, perdite rem amare.

Prodere caput & salutem alicujus, mercede fidem, aliquid literis & monumentis, memoriæ & memoriæ aliqvid, memoriam posteris, periculosam exempli imitationem reliquis, posteris rem a patribus acceptam, posteris gloriam & laudem.

Reddere latine aliquid, aliquem, i. e. referre

animum alicui, animum alicujus conciliatum, animam, dictum ac factum, aliquem sibi ipsi, aliquem commotum, aliquem pœnæ, aliquem gaudio delibutum, anhelitum, effectum aliquid, evangelia alicui, (Bohten-Lohn) convivio se, farinam, rei nitorem, justa funeri, se alicui vacuum, impendium ad assem, exemplum & effigiem virtutis alicujus, literas alicui, memoriam alicujus immortalem, suum cuique honorem & gradum, officium cumulate, operam alicui, odorem, saporem, aliquem placidum, paria, rationem, responsum, spiritum alicui ab eodem acceptum, transactum aliquid, vitam pro aliquo, verbum pro verbo, ad verbum, votum, urinam, alvum, vocem humanam, vicem; *reddit* ager fructum, terra aquas. *Subdere* aliquem in alicujus locum, boves jugo, ignem & materiam seditioni, rem magnam tempestatibus, spiritus, stimulos, faces alicui ad aliquid,

Tradere alicui filiam in matrimonium, causam adversario, artem & disciplinam, gubernacula civitatis regendæ alicui, arma, alteri suas loquendi partes, ædes sartas tectas, memoriæ aliquid, immortalirati aliquid suis scriptis, inimicitias posteris, in fidem & deditionem, operas mutuas, memoriam alicujus rei posteris, equos ferocitate exultantes domitoribus, se studiis, libidinibus se constringendum, literis vel monumentis aliquid: *tradunt*, miles se *tradit*, a majoribus per manus *tradita*. *Dedere* se totum alicui,

DELE-

DELERE susceptam maculam, epistolam lacrymis, bella, copias ad internecionem, urbem cruore & flamma funditus, aliquem ex hominum animis, aliquem ex animo, memoriam rei sempiterna oblivione.

DICERE superiore loco, ad populum summa contentione, causam (sich verantworten) causam pro aliquo, causam de capite suo, causam ex vinculis, de scripto, convicium alicui, testimonium de auditione, diem alicui propter iniurias, diem nuptiis, alicui aliquid in aurem, conditiones pacis, gravius in aliquem, in utramque partem, nugas magnas magno conatu, pace alicuius, pro certo, rem ipsam, contumeliam (unnütze Worte geben) sacramentum, ius, enucleate, incondite, lectissime, plenissime, presse, adstrictius aut effusius, alicui salutem, longum est dicere. *Dicto* citius. *Dicto* audientem esse, *dicax*, diculus, scurrilis & scenica *dicacitas*: quis huius rei *dictaturam* tibi credidit?

Addicere bona alicuius in publicum, bona sua alteri certo pretio, bona sua doti, aliquem servituti vel morti, se cupiditatibus, bonorum *addictio*, habere fidem *addictam* pretio.

Condicere operam alicui, cœnam, ad cœnam, & absolute condicere alicui (h. e. ultro denuntiare se apud alteram cœnaturum esse) cœna *condicta*.

Edicere comitia, conventum, justitium edicto sancire.

Indicere alicui bellum, bellum voluptatibus, comitia, tributum, venditionem domus, funus, nuptias, indicta causa damnari.

interdicere alicui aliquid & aliqua re, alicui domo & domum; interdixit hoc fieri, ne fieret.

DUCERE aquam, neminem præ se, diem ex die, noctem ludo, vitam, animos, aliquem vel effigiem alicujus ex ære, bellum, tempus, agmen, aërem spiritu, animam, anhelitum vel spiritum, alvum, choreas, classem, conjecturam in varias partes, conjecturam ex aliqua re, cicatricem, aliquid minoris, parvi, funus alicui, fossas, exordium vel initium ab aliqua re, tempus quam longissime, in aliquos exercitum, in bonis nihil præter virtutem, aliquem promissis, phaleratis dictis, falso gaudio, in gyrum, in matrimonium aliquam, in sententiam suam aliquem, in argumentum rem aliquam, argumentum ex aliqua re, infra se humana, nomen ex aliquo, lateres, parietem, lineas primas, rationem suæ salutis, lanam, sermonem ab aliqua re, similitudinem ex aliqua re, ad umbilicum aliquid, vas ex luto, situm, sulcos, in jus, spiritum per fauces, spiritum naribus, vela ad aliquid; vitio, damno, honori, gloria & in gloria, laudi alicui aliquid, moras, plus præsidii in celeritate quam in sociis, suspicionem pro nihilo & falso, vultus de marmore. *Duci* errore, gaudio, mercede ac præmio, spe, spe posteritatis, laude ad aliquid, in hostium loco & numero.

Ductare

Ductare vel *Ductitare* aliquem frustra & dolis; Funis *ductilis*, æs ductile.

Abducere animum solicitudine, a cogitationibus & angoribus, mentis aciem a consvetudine oculorum, se a consvetudine alicujus rei, aliquem ab officio & rebus gerendis, aliquem a vero, aliquem a fide ad nequitiam, servos ab aliquo, caput ab ictu, uxorem a marito, visum, non abducar, ut &c.

Adducere eo rem, habenas, aliquem spe mercedis, ad arbitrium suum, ad misericordiam, ad ignorationis confessionem, animum ad indignationem, arcum, se in consvetudinem, aliquem in spem, in metum, in dubitationem, in suspicionem, in solicitudinem, in sermonem hominum, in odium & invidiam, in sententiam suam, in verecundiam, in extremum, in discrimen, in necessitatem alicujus rei, in angustias, in summam expectationem, in fletum, in voluntatem eam ut, in tædium vel oblivionem alicujus rei, vultum ad tristitiam, rem ad mucrones & manus, ramum, in controversiam atque certamen aliquid. *Adduci* metu, spe, amicitia, precibus, rationibus; non possum adduci ut credam, ut faciam; res eo adducta est: *Circumducere* aliquid argento, aliquem per dolos, victorem exercitum.

Conducere cohortes in una castra, operas, operam aliquorum, aliquem mercede ad cædem, vecturam; *conducit* nostræ laudi, in rem nostram, rationibus nostris hoc fieri.

Deducere funus, fastidium, aquam, montes in planum, aliquem a mente & consiliis, a timore, de fide, ab errore in fraudem, in suam sententiam, de pravitate animi, ex præsidiis cohortes, de locis præsidia, causam seu actionem in judicium, in hiberna milites, coloniam, uxorem domum, vigilias; res in eum locum est deducta, carmen deductum h. e. humile.

Diducere aciem in cornua, orationem, digitos, fores, nubes, aliquos in varia studia vel varias partes, flumina in rivos, aquam in agros, fauces immani hiatu.

Educere copias in aciem, libros severa disciplina, gladium, exercitum in expeditionem.

Inducere aliquem ut, exercitum in hostem, novum morem in rem publicam, animum & in animum, calceum, nomina, scripturam, tectorium, novercam alicui, nitorem cuti, picturæ colorem, seditionem, in mores populi aliquid, aliquem promissis, aliquem in spem, in fraudem, in memoriam alicujus rei, parietem, aliquid pellibus, in captiones se, animum alicujus iacentem in spem cogitationemque meliorem, pecuniam in rationem; *Induci* cupiditate alicujus rei, consvetudine, argumentis, conjectura &c. Hic ager ingenti pecunia vobis *inducetur* *Inductio* animi, aquarum inductionibus terris fœcunditatem dare, personarum inductio, inductio erroris.

Obducere tenebras rebus clarissimis, rubiginem

ginem, velum, frontem, callum dolori. Cicatrix *obducta*, *obductio* capitis.

Producere convivium vario sermone in multum noctem, sermonem in multam noctem, spe falsa aliquem, vitam ad annum centesimum.

Subducere cibum aliuci, rationes, summam, faucios in postremam aciem, legionem ex acie, se custodiæ, *se de* vel ex aliqua societate, calculos voluptatum; ædificium ventis *subductum*. pons *subductilis*. Duum pedum terram *superinducere*.

Traducere copias flumen, animum ad mala consilia, aliquem per ora hominum, cogitationes suas ad voluptates, aliquem ad magnam admirationem, in assensum consilii sui, adolescentiam ad scientiam rei militaris, vites, inimicitias ad amicitiam consvetudinemque; vitam sine corporis langvore. Nomine avaritiæ *traduci*; vineam reparare *traducibus*.

ESSE; EST cum *Nominat*: est genus hominum, caput rei hoc, cautione, æs alienum ingens in urbe, arbitrium tuum, facultas tota ejus rei tua, fama, fides mihi apud te, certamen mihi cum illo de hac re, vel pro hac re, id ætatis, intercapedo nulla molestiæ in vita ipsorum, nihil negotii hoc facere, nomen mihi Jacobus Jacobi, Jacobo, operæ pretium; opus facto, consulto, maturato, vel properato, parato, cauto; periculum ne, svasor & autor mihi, in conjecturis sagacissimus, vox una omnium: Capitale, certum vel consilium mihi hoc facere, mihi

compertum & exploratum, integrum, commune cum illo, consonum vel consentaneum veritati, longum dicere, diei multum jam, nullus, (fuimus) proclive dictu, ratum; *est* annus ut vel cum repulsam tulit, vicinitas & usus magnus mihi cum ipso; vicinia quædam etiam diversarum rerum. Cui *est* eximia in omne ævum servatæ virginitatis admiratio. *Est* ipsi persimilis oris & corporis lineamentis, lineamentorum qualitas matri ac filio *est* similis.

Cum Genitivo. Est tui auxilii huic subvenire, frugis bonæ, impudentiæ insignis, juris sui, consvetudinis meæ hoc facere, curationis tuæ, hominis ingenui, laboris summi, loci hujus, magni apud aliquem, totus illius, mentis suæ vel sanæ, moris, dissolvendæ religionis, nervorum ejus hoc facere, perpaucorum hominum, escæ maximæ, pretii alicujus, oneris magni, pluris, plurimi, nullius momenti, multi sermonis vel joci, nostri ingenii, vel judicii, sapientiæ vestræ, consilii vestri, bonæ indolis.

Cum Dat. Est amori probitas, bono nemini, esui & potui, ludibrio omnibus, oneri ferendo, usui, prodendæ patriæ, *mihi* argumento, crimini, dedecori, præsidio, curæ cordique, signo, indicio, testimonio. emolumento, populo spectaculo, invidiæ, fraudi, oneri, laudi, ornamento, gloriæ, pignori.

Cum Ablat. Est alacritate mira, dignitate regia, potestate perpetua in urbe, animo alieno vel alienato a me, *animo* bono, excelso, & virtuti-

tutibus exaggerato, altiore, magno fortique, vacuo, fracto, corpore præstanti; *est* ea ætate, nulla fide, loco bono res ejus, mirifico studio & officio in eum, operto capite, magno natu, fato singulari in hac re, ratione bene subducta ad vitam, moribus antiquis, voce bona, summo honore, solicitudine incredibili.

Cum præpositt: Est a nobis, a re mea mihi otium, *ob* equitatu firmus, a pecunia imparatus, a necessariis satis leviter instructus, a præsidio nudus, ab amicis inops, ab illo mihi periculum, non abs re hoc facere. *Est Ad* rem, ad alvum, ad salutem, ad urbem, ad manum. *Est apud* se, apud nos magni, apud te ut volumus; *Est cum* matre, cum imperio, cum virtute, cum telo; est commercium, congressus, consvetudo, hospitium, summus usus & societas mihi cum ipso, Est *de* lucro, non de nihilo, de numero & grege illorum. Est *e* republica, e re mea, ex causa, ex sententia & voluntate mea, ex usu nostro. Est *extra* noxam, periculum, teli jactum, ruinam. Est *in* aperto, in concesso, in operto, in ægritudine, in ambiguo, in autoritate, admiratione, in armis, in animo mihi, in bonis, in causa hoc vel illud, in culpa, in conspectu nostro, in deliciis & amore mihi hæc res, in desiderio hujus rei, (& passive, est in desiderio,) in difficultate res; in dolore & mœrore, in dubio, in ære alieno, in ære alicujus, in summa expectatione res, expectatio tui summa, in expectatione rerum omni-

omnium esse, est in famulatu, in fide nostra, in gratia cum patre, in infamia, in incerto, in integro res, alias res est adhuc integra; in legationibus, in luctu, in periculo, in metu, in timore, in odio, in intimis eius, in invidia, in manibus meis, in melius illis, in studio mihi hæc res, *in* ipso summa humanitas & maxima rei militaris laus, in more majorum, in mœstitia, in molestiis, in morbo, in nominibus pecunia ipsi, in aliquo numero, in nummis, in oculis omnium, in officio, in opinione ea, in opere, in otio, in eo iam ut, in publico, in ore omnium, in potestate illius, in pretio apud omnes, in proclivi, in perdito, in promptu, in quæstione, in rebus humanis, in re aliqua multus, in rem nostram, in sententia hac, in sermone res, in tutela hujus, in tuto res, in vita, sunt in nummis meis multi, esse *sine* auribus, *infra* omnes infimos; *est penes* me, *pro* me, sunt arbitria principum *pro* legibus, sunt *sub* imperio eius. Quid tibi est? *Cum adverb. est* frustra, sat verborum, præsto mihi, hoc animo meo ægre, quantum in me est, erit vt ulciscar te, est ubi præstat damnum facere; non est, vel nihil est, quod festines; *male* sit ei, esto vel sit ita, fac esse.

Abesse a scelere, a molestiis; a crimine, a maturitate, a laude aliqua, biduo, a signis, a contentione, ab auribus & cogitatione, ab oculis, a consilio fugiendi, a spe consulatus, a suspicione, a sententia alicuius magnum spatium, iter paucorum

corum dierum, longe gentium, prope, aliquot dierum viam, plurimum ab aliquo, abesse non potest quin &c. non longe abest quin &c. *tandum abest*, ut hoc mihi patiar persvaderi, ut ne audire quidam sustineam; tantum abest ut hostium adventu perturbentur, ut potius accendantur. *Abest* ab hoc mea culpa, absunt a nobis omnes hæ difficultates; absit verbo invidia; abest mihi animus, plurimum illis de maximarum rerum scientia, paululum *absunt* a capienda urbe.

Adesse alicujus rebus, alicui, animo, causæ suæ, alicui contra aliquem; *Adsum*, huc *ades*;

Deesse alicui, alicui opera, sibi ipsi, voluntati alicujus, officio suo, occasioni; *deest* mihi pecunia, nullum tibi a me amoris officium, *deest* voluntas hoc faciendi, mihi sermo abs te, ei animus & ingenium; nunquam tibi mea defuit observantia. non *desunt* qui &c. *Inesse* alicui rei & in re aliqua, cui seu in quo inest imperatoria dignitas.

Interesse concioni, in convivio; *interfunt* multi anni, *interest* inter hominem & belluam hoc maxime, illius, mea, tua, sua, nostra, vestra, parvi, nihil, stulto intelligens, ad rem hoc fieri, ad necessitudinem nostram.

Præesse alicui, summæ imperii, imperio, exercitui, reipublicæ, sacris, animus *præsens* mercari seu emere *præsenti* pecunia, remedium præsens, præsentissimum. *Prodesse* in commune.

Sub-

Subesse alicui, *subest* spes, suspicio, simultas, dolus &c. *Supersse* alicui, labori, rebus suis, de multis unus *superest*.

EMERE bene vel male, magno vel care, minimo, spem pretio, sententias, tanti pœnitere non emo, nulla res carius emitur quam quæ precibus constat; titivilitio vel cassa nuce non emerim. Intercedere emtioni, emtione se ab aliquo emancipare. Dapibus mensas onerabat inemtis. Non esse cupidum pecunia, non esse *emacem*, vectigal est.

Adimere alicui curas, ægritudinem, mentem, spem, metum, somnum, vitam, voeem, memoriam, potestatem deplorandæ calamitatis, aditum urbis, vino ætatem. *Comere* omnia.

Dirimire societatem, affinitatem, controversiam; nox diremit prælium, colloquium.

Eximere alicui lassitudinem, onus, scrupulum, dentem, urbem obsidione, aliquem servitio vel servitute ac vinculis, noxæ, de vectigalibus, e culpa & e reis.

Redimere voluntatem & gratiam alicujus largitione, rei potestatem pretio, captos, culpam præteritam, metum virgarum pretio, pacem, acerbitatem reipublicæ suis privatis & domesticis incommodis, opus faciendum.

EXVERE aliquem imperio, honore, opibus, armis, sedibus, hostem castris & campo, amicitiam, fidem, æqualitatem, humanitatem, ægritudinem, avaritiam, naturam, fratrem, virtutes, vitia, gratiam novitatis, ferociam, mores

mores antiquos, pacem, jus & fas, hominem, otium, obsequium erga aliquem, jussa, senectam, promissa, jugum, servitutem, societatem, vestem & se veste.

Induere formam hominis, postem pice', ficte orationem alicui, adulationem, auctoritatem, arma, compedes, duritiem contra sensum annulum digito, torquem, animum magnum, habitum ac voces dolentium, ingenium novum, imaginem mortis, proditorem ac hostem, spiritum hostilem, personam judiciis, seditionem, vetustatem, speciem furis, mores pudicos, simulationem ingenii alicujus, sibi nomen aliquod, falsam sibi scientiæ persvasionem, animum bonis artibus, se stimulis ac vallis acutissimis, se mucrone, se in laqueum, se in florem, vestem & se veste, se soccis, se segetibus.

FACERE ad rem, cum & ab aliquo, contra aliquem, a se, animos, accessionem alicujus rei; ad libidinem, voluntatem & nutum, vel ex auctoritate & voluntate alicujus omnia; aditum ad aliquid, affirmationi fidem, sibi aliquem hostem, admirationem rei, ægre alicui, æqui bonique aliquid, æs alienum, æstimationem alicujus rei, alienum aliquid necessitudine, (quid huic homini & hoc homine facias, quid mihi vel me fiet?) ambitum circa rem, aucupium auribus, artem ludicram, carnificinam, medicinam alicui, argentariam, histrioniam, piraticam, aliquem loquentem vel disputantem,

auda-

audaciam alicui, audientiam alicui, auctionem, auctorem aliquem rei, auxilium mercede Facere bellum patriæ, caput (de apostemate) causam pejorem, castra, cædem, candorem dentibus, capitale aliquid, celerem se, aliquem certiorem rei & de re, caulem, censuram vini in epulas, circuitum, cladem, classem, cognomen alicui, commercium sermonum, commutationem rerum, comparationem & contentionem rerum: compendium, compendium dictis, compotem aliquem rei, compositio aliquid, consilia, concursum, conjecturam de se, & de vel ex aliqua re, conjurationem, contra aliquem, consilio vel de industria aliquid, consvetudinem alicui cum altero, consurrectionem, copiam consilii sui, primo quoque tempore castra.

Facere damnum, jacturam, detrimentum, decretum de re, decisionem, deditionem ad hostem & hosti, delectum, de censionem in continentem, alicui desiderium rei, de consilio & consilio alicujus aliquid, dissensionem ab aliquo & in alicujus sententiam, divitias vel pecuniam ex aliqua re, divortium cum uxore, divortium doctrinarum, duces mari & terra: aliquid ex destinato, ex commodo vel ex re sua, exilium sibimet, exemplum in aliquo, expectationem sui magnam, experimentum, fac esse ita, posse, potuisse, dedisse, &c.

Facere facetias, alicui famam ingenii, finem rei, fidem alicui, fœdus cum aliquo & inter se,

se, fortiter, fraudem legi, fugam & vastitatem late, funus vel justa alicui, furtum; alicui gloriam, gradum ad aliquid, gratulationem, gratiam juris jurandi; hæredem aliquem, hæsitationem alicui, se hilarem, hostilia, ne hujus quidem.

Facere jactus, imperata, impetum in bona & fortunas alicujus, impressionem, incursionem, excursiones, irruptionem in hostes vel regionem, incendia, indicium rei, inducias, infamem aliquem, alicui injuriam, insidias, invidiam, insanum ex stulto, intercapedinem scribendi, insomnia, iratum aliquem alicui, ratum aut irritum aliquid, intercessiones, iter pedibus, judicium rei & de re, jugulationem magnam, aliquid legibus, lætitiam ingentem, lamenta, largitionem, latrocinja, lessum alicui, aliquam litem suam, licitationem, locum rei, lucrum, ludos aliquem, ludos alicui. *Impositum alicui.*

Facere magnum se, maximi aliquid, medicinam, mentionem rei, & de re, mercaturam, messem; magni, minoris aliquem; modum iræ vel irascendi, tantum momenti ad aliquid, motum, moram, moram certamini, moro suo, munitionem, mutuum cum aliquo; naufragium fortunarum suarum, honoris sui, salutis suæ; nomina, alicui negotium, nomen, non possum quin; obnoxium sibi aliquem, obsidionem, odium vitæ alicui, officium suum, officia alicui, operæ pretium, optionem alicui, (alias dare) opus, ova.

Facere pacem, pactionem de re, pactionem nuptialem, palam aliquid, patricidium, paria cum aliquo, participem aliquem rei, peculatum, pecuarium, periculum rei & in re, periculum ex aliis, periculo alicujus aliquid, periculum & perniciem alicui, pervium ac planum aliquid, populationes, sui conveniendi potestatem, prælium secundum vel adversum, prædam, præcationes, pretium rei, (nihil est factum proprius, quam ut occideretur) profectionem, progressum, prolixo libentique animo aliquid, proventum, pugnæ potestatem, Quæstum ex & in re, quæstum corpore, querimonias, quam plurimum natis.

Facere rapinas, ratione aliquid, reducem aliquem ab orco in lucem, reducem in libertatem, reliquum alicui aliquid, remedium lieni, rem meliorem, rem divinam, remoram alicui, reum aliquem rei capitalis, aliquem rumorum autorem; Sacra, salutationem, satis alicui, satietatem rei, secessionem, secundo populo aliquid, seditionem, se intimum apud aliquem, verba pro aliquo, senatus consultum, sermonem, se vilem, significationem, silentium classico, syngrapham, societatem cum aliquo, sponsalia, spem, spiritum alicui, sponsionem cum aliquo de re, stipendia pedibus, stomachum alicui, stragem, struem lignorum, summam cogitationum suarum, sumtum in aliquem, faciendis sceleribus promtus.

Facere tabulas novas, testem aliquem transitum,

ſitum, trepidationem, turbas, tripudium, tuſſim, tirocinium: Vadimonium alicui, verba commode, cogitate, indocte, lepide, verba mortua, veſtigium in poſſeſſionem, vecturam, vim alicui; vitium, vindemiam, vim in aliquem, volupe animo ſuo, regionem perdomitam vectigalem, vomitum (excitare, cieri invitare, movere) verſuram magno & iniquiſſimo fœnore; votum de aliquo, pro aliquo; Cui æqualitas difficilem facis ejectionem, totus ex fraude *factus* & mendacio: facta trans acta omnia. Fac ſi facis, age ſi quid agis; *factionem* comparare. NB. Hoc verbum plurimos parit puros Latiniſmos, Germaniſmi falſo ſuſpectos, uti & verbum *habere*.

Patefacere alicui aditum ad aliquem, locum ad conſulatum, aures feneſtram ad nequitiam, viam avaritiæ, viam ferro, verum.

Faceſſere alicui negotium & periculum, faceſſe hinc.

Factitari accuſationem, delationes, artem, *fucum*, medicinam. Non muto *factum*: nolo factum.

Afficere animum gaudio, triſtitia; *aliquem* ſui deſiderio, beneficiis, cura, cruciatu, ægrimonia, vel ægritudine, honore, injuriis, macula, pœna, ſolicitudine ingenti, voluptate, ſepultura, ſupplicio, ſtipendio, præmio; hæc res in diverſum afficit homines; liber *affectus*, ſed non *confectus*: animus bene afficitur, reſp. male *affecta*; *affecta* ætas, fides; *affectum* corpus,

affectæ vires corporis: *afficí* aliqua re, alicujus calamitate, erga aliquem ita, animo ita, firma corporis *affectio*, affectio cœli.

Affectare aliquid omni diligentia, cultum effusiorem in verbis, diligentiam in supervacuis, famam eloquentiæ: affectata oratio.

Conficere hostes, patrimonium, cibos, rem duram, vim alicujus, bellum, cum aliquo de re, centum annos, vitæ cursum, vivendi curriculum, facinus, filiæ dotem, famam alicui, funera, malum alicui, munus susceptum, rem divinam seu sacra, iter, reditum alicui, pacem, rationes, prandium, pecuniam ex re, vias longissimas celeritate incredibili, viam sermone, viam longam, nuptias, vestem, omnia conficit vetustas; ex quo conficitur. *Confici* annis vel ætate, angore, fame & inopia rerum omnium, senio, vulneribus: *confectio cibi*, tributi.

Deficere a se ipso, virtute, animo, visu: *deficit* mihi & me visus, animus, memoria, vox, spes, res frumentaria, tempus ad aliquid; *Deficiunt* cuncta studia exacta ætate, eum Latina; *deficit* utilitas ab amicitia, improbitas illum, luna, figura in mucronem. *Defectus* ætate, senio, dentibus, defectæ senectutis homo. *Defectus* vel *defectio* animi, solis.

Efficere ab integro aliquid, epistolam ad aliquem, vastitatem, pollicita, nuptias alicui, facinora magna, efficiam ut; virtus utilitatis *efficiens*; *effectum* dare, opera effectu majora, quam voto.

Infice-

Inficere aliquem opinionis pravitate, malis moribus, animum desidia & otio, peregrinis moribus civitatem, domum, lanam, capillos colore nigro; argentum *infectum*, infecta reabire, infecta dona facere, factum infectum fieri nequit.

Perficere aliquid omnibus suis partibus ac numeris, aliquid mirabili opera, cogitata, &c. *Præficere* alicui ducem, custodem &c. aliquem classi, bello. *præfectus* urbis & urbi;

Proficere nihil, ad bonitatem, ad rem, ad morbum, contra morbum, profectum in literis alit æmulatio: magnos facere profectus in literis: magna pars profectus est, velle proficere: in Scythis plus profecit vitiorum ignoratio, quam in Græcis virtutis cognitio,

Reficere se ab imbecillitate, ex labore, aciem oculorum, vires cibo, memoriam repetitione crebra, muros, naves, ædes quæ vitium fecerant; *refectio* cibi.

Sufficere alicui ad aliquid, in longum, vitulos, sibi non potest, paucorum cupiditati, aliquem in alterius locum; *sufficit* mons alimentis hominum, large sufficiens prædium annuo victui. Oculi sangvine & igne *suffecti*, lumina leto suffecta.

(Fendere) DEFENDERE (habet signif: arcendi & tuendi) se excusatione adolescentiæ, locum suum, vitam noctis & fugæ præsidio, vim vi, vestas a tineis, a se injuriam, periculum alicujus vel a peticulo aliquem, urbē a vestatione,

imbrem fronde, caput & famam suam, causas *defensare* vel *defensitare*.

Offendere aciem oculorum, alicujus aures ac existimationem, aliquem imparatum, caput ad parietem, in scopulis, in aliqua re: periculosa est potentium *offensa*, magna in offensa esse apud aliquem, offensas subire vel suscipere, inter quos sunt simultatum veteres offensæ. Incurrere in odium *offensionemque* alicujus, si qua offensiuncula facta est, *offensum* pedem referre, aliquem *suboffendere*: *offensare* capita.

FERIRE fœdus, bovem, aures, porcum, (schlachten) venam, se mutuis anathematibus seu execrationibus, rostro, securi, calce, pugno, punctim & cæsim,

FERRE suffragia, sententiam in aliquem vel pro aliquo, legem, rogationem, aliquid indigne, ægre, molestè, quietè, sedate, humaniter, sapienter, animo æquo vel iniquo, acerbe, patienter, moderate, fortiter, modice, iracunde, ætatem, annos, vetustatem, desiderium rei, non posse conscientiam sceleris, nomen alicujus, præsidium labenti & inclinatæ reip. impetum alicujus, imaginem patris, primas, palmam, præse benevolentiam, responsum, repulsam rei, aliquem per ora hominum, in oculis, in ultum vel impune aliquid, satietatem ex copia, arma contra patriam, præmium, gloriam rei, alicui incommoda, salutem, pecuniam alicui expensam, acceptum alicui aliquid,

odium

odium pro labore; *fert* animus, tempus, fama, consvetudo, adolescentia, commodum vestrum, ut mea *fert* opinio, si res ita tulerit: *ferri* crudelitate, avaritia, æstu, præcipitem, dubium, sursum, feruntur libri sub ejus nomine, *Latio* legum vel suffragii.

Adferre accessionem ad aliquid, in partem contrariam aliquid, rei fidem, finem, incrementum, aliquid lucis, lumen, moram, pondus, *alicui* animum, alacritatem, angorem, æs alienum, adjumentum ad rem, calamitatem, cladem, consolationem, consilium, contemtum, delectationem, luctum, manus, medicinam, rei memoriam, molestiam, necessitatem faciendi aliquid, necessitudinem pugnæ, odium, opem, repulsam, salutem, rei satietatem, solicitudinem, somnum, spem maturæ decessionis, suspicionem, egestatem, vim, maturitatem, animi magnitudinem ad causam, causam in judicium, compertum aliquid ita se habere, aliquid in medium vel in commune, manus bonis alienis, momentum magnum ad rem, mortem uno ictu, nuntium, rei oblivionem; obscuritatem alicujus laudibus, vinculum ad copulandas voluntates, hæc dies aliam vitam affert, alios morrs postulat.

Auferre uberibus fœtum, alicui caput, fidem, spem, voluntatem defensionis, nomen, laudem e re, lumbifragium, mensam, se domum, aliquid inultum, ne te auferant illorum consilia, abstulit hoc oblivio, ludi abstulerunt hos dies, auferri cultu.

Circumferre querelas, oculos, bellum, arma toto orbe, aliquem prædicatione, fama, fol circum fertur; *circumferri* ad nutum alicujus, in orbem, cum avorum memoria.

Conferre officia, benevolentiam, ſtudia ſua erga & in aliquem vel alicui, capita, caſtra caſtris, conſilia, manus, in commune, ſigna, rem in pauca, coram inter ſe, ſermonem & omnia intima cum aliquo quo, operam & plurimum ſtudii ad rem, culpam in quem, ſe ad ſtudia literarum uel ſcribendi, ſe alicui, ingenia ingeniis, cum maximis minima, res geſtas Græco ſermone in hiſtoriam, inter ſe aliquid, ſe aliquo, ſe ad amicitiam & in ſatietatem alicujus, ſe ad curam & ſtudium rei, verba ad compendium, ad aliquid orationem, gradum vel pedem cum hoſte, fortunas ſuas in communionem, ſe in clientelam alicujus, ſe in fugam, ſe in pedes, vocem in quæſtum, aliquid in tempus ambulationis, vires in unum, maledicta in aliquem, in ſuos uſus aliquid: hoc plurimum *confert* ad virtutem, ſepultura *collatitia* ex ære collatitio.

Deferre alicui & ad aliquem beneficium, ſtudium & benevolentiam ſuam, palmam rei, regnum, poteſtatem, ſummam imperii, optionem eligendi, jusjurandum, honores, primas, negorium auctoritatem & opes ſuas ad aliquid, nomen alicujus de re, crimen de aliquo ad aliquem, ad aliquem querelas, imperium rogatione ſua, conſilia ad adverſarios, dotem viro, ad unum omnia: *deferri* impietatis, in errorem, in præceps,

Dif-

Differre inter se, ab aliquo, odium in vindictæ occasionem, diem de die, rumores vel aliquem rumoribus, (einen austragen) aliquid in alicujus adventum, maximum remedium iræ dilatio est.

Efferre animum, ad summum imperium, per omnes honorum gradus, mortuum, caput undis, clamorem, pedem porta, aliquem laudibus in cœlum, se sermonibus, se gloriando & prædicatione, se cupiditate gloriæ, se insolenter, se lætitia; *efferri* incredibili gaudio, animo, studio videndi aliquem; dicere *elate*, elatius se gerere; fama *elatius* inflatiusque multo, quam res erat gesta, percrebuerat.

Inferre se in mediam aciem, se in periculum capitis, caritatem annonæ, facem tectis; alicui bellum vel arma, moram, injuriam, cladem, detrimentum, vim, manus, metum, necem, litem capitis, probrum, labem, terrorem, infamiam, sumtus, vulnus; tectis agris vel urbi excisionem, inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatem; signa patriæ, gradum vel pedem aliquo, lumen in clarissimum solem, memoriam sempiternam in domum suam.

Offerre alicui jusjurandum, in discrimen se pro aliquo, se alicui opportune, se alicui inopinanti, se gratulationi, se periculo, se morti, se in rei societatem.

Perferre supplicium pro meritis, mandata, literis multorum & sermone omnium perfertur ad me.

Præferre alicui facem ad libidinem, salutem reip. suis commodis, alicui neminem fide &c. præ se sapientiæ studium,

Proferre gradum, imperium, fines imperii, diem ex die, in medium, diem latius, *prolatare* diem ex die.

Referre alicui acceptum & expensum, paria: *aliquid* in literas, in adversaria, in album, in rationes, ad arbitrium alicujus, aliquem in numerum aliquorum, animum ad studia, ad unum omnia, rem ad consilium, in senatu vel ad senatum de re, responsum, aliquem vultu, vultum & mores alicujus, pedem seu gradum, Victoriam, se domum, animum & oculos ad aliquem; omnia ad dignitatem suam, utilitatem vel voluptatem; bonam vel malam gratiam, *refert* magni, parvi, multum, parum, nihil. *Sufferre* laborem, onus.

Transferre amorem in alium, aliquem ad mansvetudinem, invidiam, culpam & crimen in aliquem, suspicionem rei a se in alium, ad verbum, ad aliquem imperium, Causam alio, sermonem alio: arbor *bifera* & *trifera*.

FERVERE avaritia, iroa zelo: *fervet* vitiis, forum litibus. Aqua *ferventi* perfundi, ingenium *fervidum*, ætatis fervor,

Deferbuit adolescentia, ejus ira, æstus, deferbent adolescentiæ cupiditates, hominum studia.

Effervescere stomacho & iracundia, aquæ effervescunt ignibus subditis.

FIGE-

FIGERE pedem, cervos, legem, omnia studia, omnem operam &c. in re; ad vel in parietem, & in pariete aliquid; mucrones in aliquem, beneficium trabali clavo, tenere aliquid in animo fixum, sedet animo fixum & immotum.

Affigere aliquid animo familiarius, aliquem cruci, crimen alicui.

Configere aliquem sagittis, curas cogitationes & vigilias in salute alicujus, configi sententiis, oratione. *maledictis.*

Defigere oculorum aciem in aliquem, curas seu mentem in rem & in re, aliquem colaphis in terram, cultrum vel sicam in corde, defixa virtus altisimis radicibvs, defixis oculis intueri aliquid.

Infigere ictus corpori, alicui gladium in pectus, rem memoriæ, menti rei memoriam, infixus animo hæret dolor, mens intenta & infixa in rem, tela ferro *præfixa. Refigere* leges, *Suffigere* crepidas clavis, cruci, & in cruce aliquem. *Transfigere* aliquem gladio per pectus.

FINGERE favos, nidos, alios ex sua natura vel suo ingenio, scelus animo ac cogitatione, filium, equum (abrichten) causas, fallaciam, aliquid per summam fraudem, aliquid ex tempore, fugam, amicitiam, se totum ad nutum & arbitrium alicujus, setmonem ad voluptatem alterius, sibi incessum, vultum; quem natura ad honestatem finxit, Alexander ab Apelle pingi, a Lysippo *fingi* volebat (in Erz gebildet oder gegossen werden) Suis cuique natura

fingitur

fingitur moribus, Fictor, *ficte* & simulate. *Affingere* aliquid rumoribus. *Confingere* favos & ceras, dolis lacrymas, crimen in aliquem, dolum. *Diffingere* i. e. infectum reddere & destruere formatum, *Effingere* verba, aliquid animo.

FLAGRARE alicujus rei desiderio, mirabili pugnandi cupiditate, amore, studio, æmulatione, odio, odio mutuo, bello, invidia, libidinibus. *Conflagrare* invidiæ incendio. *Deflagrare* ictu fulminis.

FLORERE auctoritate, ætate & forma, gloria, amicis, familiaritate doctissimorum hominum, incredibili hominum gratulatione, literis, ingenio, opibus, omni genere virtutis, discipulorum nobilitate, honoribus & rerum gestarum gloria, antiquitate generis & gloria majorum: ad summam eloquentiæ gloriam *florescere*: formæ dignitas morbo aut vetustate *defloresçit*: laudibus ingenii *efflorescere*.

FLUERE, sudore, flumen pleno alveo fluens, ex hujus lingva melle dulcior fluit oratio, fluvius sangvine fluxit, tempus fluit, cui omnia ad voluntatem fluunt, fluunt ei arma de manibus; gerere fidem *fluxam*, formæ gloria fluxa est, homo animi fluxioris: veste *fluente* humum verrere, *fluxu* ventris vacuata viscera: ne *fluitem* dubiæ spe pendulus horæ.

Voluptas ad sensus cum svavitate *affluit*; *affluit* incautis insidiosus amor; nihil rumoris ex isto loco *affluxit*, ingens affluxit multitudo,

affluere

affluere divitiis & honore, academia viris doctis affluens, ex omnium rerum *affluentia* nascitur arrogantia: munditiem non affluentiam affecto, Homo omni lepore & venustate affluens, locus hominibus & studiis affluens, otio & scelere affluens, opes effuse affluentes.

Circumfluit amnis agrum; circumfluere rebus omnibus: magna me circumfluit hominum multitudo: magnus ad eum audiendum numerus *confluit*; ubi confluit sentina reipublicæ; in quo omnes virtutes *confluunt*: *defluit* amnis, tempus & ingenium per socordiam, capillus, ex equo in terram, vestis ad pedes, luxu & inertia, *defluunt* folia. *Diffluit* humor, lascivia & otio *diffluens*.

Effluit amnis in mare, hoc ex animo, ætas, arcanum, vita cum sangvine, effluunt vires lassitudine: *influit* sermo svaviter in aures, in animos hominum; copiæ in regionem *influentes*: *interfluit* amnis mediam urbem, cum inter duos consulatus anni decem interfluxissent.

Perfluere voluptatibus: plenus rimarum est, hac atque illac perfluit: amnis mœnia *præterfluens*, vel castra *præfluens*: *profluit* sangvis e vulnere, ore ejus sermo melle dulcior: loquacitas perennis & *profluens*, profluens loquendi celeritas, inanis loquendi *profluentia*: *profluvium* sangvinis inhibere,

FODERE hortum, puteum, metallum, latus alicui, stimulis bovem, ora hastis, quem dolor fodit, hoc me *fodicat*; furto vicini cæspitem

tem suo solo *adfodere*: sic *circumfodito*, ut facile evelli possit. *Confodere* aliquem vulneribus, defodere thesaurum, cadaver.

Effodere alicui oculos, illius rei memoria pectus meum effodit h. e. fauciat: effodiuntur opes irritamenta malorum. Corpus terræ *infodere*: *perfodere* parietes: sues rostro *suffodiunt* terram: solum *suffossionibus* ac cuniculis tremens; *transfodere* latus.

FRANGERE alicui cervicem, gulam laqueo, navem, minacem alicujus animum, auctoritatem, consilia, audaciam, furorem, impetum, petulantiam, libidines, morbum abstinentia, hostes, aliquid molis, vim fluminis (auffhalten) fidem, fœdus; frangi metu, pudore, calamitate, *fractus* animo: res humanæ *fragiles*.

Confringere consilia, dentes: res a vetustate *diffracta*. Effringere fores, cistam. *Infringere* animum, alicujus vim & conatus, alicui colaphos, spes infringitur: *offringere* terram aratro. *Perfringere* leges, domus. *Præfringere* & hebetare hastas. *Refringere* cellas, radii solis refringuntur.

FUNDERE exercitum nullo negotio, copias, verba, versus, preces, lacrimas, convitia in aliquem, mendacia, sanguinem, terra *fundit* flores, fruges, Jordanis funditur in lacum, fundi in latitudinem, fuga, vitis in omnes partes *fusa*: *affundere* manibus aquam.

Circumfundi copiis: *confundere* vera falsis, sacra profanis: *diffundere* vinum, *diffunditur* anima

anima in omnes corporis partes, morbus a capite, error longe lateque, natio in immensum, arbor ramis.

Effundere extremum spiritum, sangvinem, vinolentum furorem, iram, impetum primum in aliquem, gratiam collectam, patrimonium inconsulte largiendo, aliquid in sinum alicujus, vim telorum ingentem in hostes; *effundi* porta, in fugam, in venerem, in vel ad luxuriam, in luxum, in alicujus occursum, in vomitiones, superripas, in alicujus amorem, *effusus* cursus, risus, *effusa* lætitia, effusa fuga, effusæ quadrigæ: large *effuseque* donare, *effusius* dicere, animus *effuse* exultat; hæc ætas *effudit* nugatorum copiam.

Infundere orationem in aures alicujus: mare littoribus infundit gemmas: vitiosi principes vitia infundunt in civitatem: nationes barbaræ in Italiam infusæ.

Offundere tenebras rebus clarissimis, rebus noctem, terrorem oculis & auribus, aer crassus nobis offunditur. *Perfundere* animum voluptate, lætitia, aliquem aqua ferventi, horror me perfundit, perfundi metu & timore.

Profundere lacrymas, sangvinem pro patria, pecuniam, clamorem, odium in aliquem, vitam, vocem, *profusa* convicia.

Suffundere aciem oculorum: *imbecilles* oculi ad alienam lippitudinem suffunduntur, suffundi pudore, animus malevolentia suffusus, oculus sangvine suffusus, mores in aliquem *transfundere*.

GERE

GERERE galeam in capite, negotium bene aut male, se adversus vel erga aliquem, rem feliciter & ex sententia, res magnas, bellum cum aliquo adversus aliquem, rem publicam, se turpiter, honeste, elatius, se pro cive, civem; morem alicui, morem animo suo, honores, consulatum, animum laude dignum, animum muliebrem, amicitiam, inimicitias seu simultatem cum aliquo; aliquem in oculis, fidem fluxam, aliquid in oculis omnium, alicujus personam, rei similitudinem, vultum fortunæ suæ convenientem, tutelam januæ: pueri inter se quam pro levibus noxis iras *gerunt*! senectus abstrahit a rebus *gerendis*: *gerulus* i. e. bajulus, apes gerulæ.

Congerere in aliquem crimen, maledicta, culpam, ornamenta, omnia in unum, divitias: *Digerere* aliquid in ordinem, cibum, tempora, crines *Egerere* dolorem lacrymis, ex agro lapides, flumen egeritur in mare, fons egerit aquam.

Ingerere laxa in subeuntes, probra imo pugnos in aliquem, cibum ori, semen terræ, alicui crimen, aliquid in commentarios: *Suggerere* alicui sumtus, verba, argumentorum copiam, materiam criminibus. Si memoria forte defecerit, tuum est, ut *suggeras*.

GRASSARI ad gloriam virtutis via, in aliquem; sævitia adversus aliquem, nocturnæ *grassationes*. *Aggredi* aliquid & ad aliquid, nefandum facinus; de quibus dicere *aggrediar*.

Congredi

Congredi in unum locum, cum hoste, acie: *Digredi* a proposito, in latus.

Egredi urbe, ex urbe, fines, terminos, officio suo nihil, altitudinem mœnium, alicui obviam, extra præscriptum, annum decimum, leges. *Ingredi* tardius, viam & in viam, consulatum, disputationem, iter pedibus, periculum. *Prægredi* nuntios & adventus sui famam.

Progredi in virtute, in literis, viam tridui, iter bidui, ne digitum quidem, duos pedes, oratione longius, ultra primas literas, magnis itineribus, obviam alicui, suis viribus sine adminiculo. *Regredi* in memoriam, supergredi omnem laudem. *Transgredi* ad aliquem, montem.

HABERE absolutum aliquid, aliquem bonum amicum, acerbum aliquem, aculeos in reprehendendo, colloquendi copiam, addictum aliquem sibi, ætatem suam bene, ætatem procul a republica, ætatis sat, admirationem, *animum* magnum, intentum, bonum, alienum ab aliquo, ambiguum; annos vinginti, æs alienum, aures faciles, arcte & contente aliquem, aliquem parce & duriter, non secus illam habui, ac si ex me esset nata, habere belle & bene se.

Habere certamen cum aliquo capitis & famæ, certum aliquid, aliquid pro certo, pro comperto, civitatem; notum vel cognitum aliquid, commercium cum aliqua re, constitutum, cum animo statutum ac deliberatum ali-

quid; notatum, conceptum, & comprehensum aliquid animo; concionem, conductum ab aliquo fundum, conscium aliquem rei, consilium da aliqua re, constitutam necessitudinem cum aliquo, crimen ab aliquo, curæ rem, curam rei, cultu liberali aliquem, cursum secundum, haberi custodia militari.

Habere deliberationem de re, despicatui & despicatum aliquem, diem vacuum, difficultatem, disputationem, disciplina antiqua aliquem, dolorem capitis, dissimilitudinem ab & cum re, documento sibi aliquem, dubium an, vel quin, domum mundam, hoc habui dicere. Effectum aliquid, æs alienum, excogitationem difficilem, excubias, experimentum rei; Faciem omnem ad rem, faciem liberi hominis, fidem alicui, fidem apud aliquem, fidem addi&am pretio, fiduciam rei, fratrem aliquem, fortunam, frustra aliquem, alicui fiduciam rei. Gratiam alicui, gratiam apud aliquem; gravitatem,

Habere honorem vel reverentiam alicui: incertum, quid facias; infamiam, imperium in aliquem, imperio duro populum, aliquem implicatum consvetudine, inimicum, immunitatem rei, inimicitias cum aliquo, in animo, nihil in bonis, aliquem in catenis, in amore, in consilio, in complexu, in partibus, in custodia, aliquid in deliciis, in delicio: in honore & oculis, in matrimonio aliquam, in numero necessariorum suorum aliquem, in no-

nominibus pecuniam, aliquid in ore, in promtu, impune, in se omnes veritatis numeros, aliquid in votis, in perditis & desperatis, in prodigiis, in servitiis suis aliquem.

Habere labem conscientiæ, lites cum aliquo, locum, levationem ægritudinis, aliqeum ludibrio, loco patris, fratris, hostis, loco eodem quo alium, loco nullo, maturitatem suam, memoriam non ingratam, mentionem rei, momentum apud aliquem, & ad aliquid, mortuum aliquem, multum animi ad aliquid, munditet se. Nauci aliquem, necesse aliquid facere, nefas aliquid nominare, necessitudinem cum aliquo & cognationem, nihil vacui temporis, notitiam rei, nomina digesta in codicem accepti & expensi, nomen magnum in oratoribus, numeros omnes rei in se, numero aliquem aliquo.

Habere oblectationem, obvium aliquem, obstrictum aliquem sibi suo beneficio, occupatum animum in re, officia alicujus, opinionem integritatis, otium a re. Pactum cum aliquo, palmam, parem, partes apud aliquem egregias, participem aliquem rei, periculum ne, perfugium aliquo, perspasum aliquid, pilum boni viri nullum, pondus apud aliquem, potius aliquid aliqua re, pretium, propitium aliquem, propositum aliquid sibi, pro derelicto aliquem, vel aliquid, pro hoste, pro beneficio, pro non dicto aliquid, pro uxore aliquam. Quæstionem de aliquo, quæstionem in caput alicujus de furto, quæstui aliquid.

Habere rationem rei, rationem cum aliquo, receptum ad aliquem & ad gratiam alicujus, regressum, relatum aliquid in tabulas, rem cum aliquo, respectum ad aliquem, rem omnem, rem aliquam antiquissimam, ita se res habet. Satis habet sine detrimento discedece, ætatis satis, scholam, scientiam rei, secretum aliquid ab aliquo, sermones, sibi aliquid, simultatem cum aliquo, similitudinem rei, solicitum aliquem, spatium deliberandi, spem in alicujus fide, stativa, studiosum sui aliquem, supervacuum aliquid, suspectum aliquem, susque deque: sine sic habere.

Habere tacitum aliquid secum, testes ad rem: Uacationem rei, venale aliquid, veniam, vetustatem, vigilias, victoriam in manibus, vim, vitium, usum multarum rerum; usum in re, habent principia bene, male hoc me habet; quem somnus, spes, error, habet; urbs a terra habet aditum; parum habuit hoc facere. Homo *habitior* vel habitissimus, *habilis* alicui rei vel ad rem.

Adhibere se in consilium, manus rei, studium & prudentiam ad aliquid, animum, judicium, aliquem arbitrum, equo calcaria, consilium in suffragium, cautionem, aliquem cœnæ, conscientiam alicujus, severitatem in aliquo, Deum restem, alicui tormentum, frenum, cultum, aures, fidem, consolationem; gravitatem in re, præparationem in rebus agendis, flores in oratione, lumen rei, animi magnitudinem, medi-

medicinam & remedium alicui, modum; odores ad deos, omnes nervos, officium erga aliquem, moderationem, titulum humato, artem, aliquem patronum, misericordiam in re, adhiberi ad causas, in convivium. *Antehabere* falsa veris.

Cohibere furorem alicujus, libidinem ab re, assensionem a re; manus oculos & animum a re, dolores alvi, aliquem in vinculis, se intra locum: *Exhibere* alicui negotium, se supplicem, molestiam, honorem, affectum parentis, fidem, vices alicujus rei, faciem parentis, se judiciis hominum, ager difficilem colonis laborem exhibet.

Inhibere cursum alicujus, remos, frenos, calcitratum equi, profluvium sangvinis, vomitum, mentem a turpi probro. *Perhibere* optimum aliquem, nomine suo aliquem, honorem & testimonium alicui: ut *perhibent.*

Posthabere seria ludo; omnibus posthabitis. *Prohibere* alicui aliquid, & aliquem aliqua re & ab aliqua re; ne, quominus, quin, facere aliquid, aliquem transitu fluminis, vim a se, dolores dentium.

HAERERE in parte aliqua apud aliquem, in omnium sermonibus ac mentibus, in visceribus, in oculis, in medullis, in scribendo, in conjectura, circa aliquid, in alicujus complexu, in memoria, alicui in tergo; hæret in ipsa culpa: hæret in mala pugnus; aqua ipsi hæret in ista causa, res hæret, *hæsitare* in eodem

luto, lingva, hæsitantem consilio regere; *adhærere* lateri, *adhærescere* justitiæ

Cohærere inter se arcte, vel apte, verba non congruunt & cohærent in causa. *Inhærere* cervicibus, vestigiis, voluptatibus, in mente, memoria imaginis oculis *inhæret*: Aviculæ in vilco *inhærescunt*.

JACERE rei fundamenta, aleam, talos anchoram, verba, probra in aliquem, in sublime. *Iactare* talos, faces intecta, minas, probra in aliquem, se de aliqua re, eruditionem suam, rete, querimonias ultro citroque, se in republica (geschäfftig seyn) *iactari* fluctibus, æstu febris, sermone vulgi.

Abjicere se ad pedes alicujus vel alicui, se supplicem, se humi, ab aliquo spem, vel amorem, animum, arma, curam & cogitationem rei, voluntatem discendi, alicujus consilium, memoriam rei, obedientiam, esse animo perculso & abjecto, esse animi *abjectioris*.

Adjicere animum ad aliquid, & alicui rei, animum ad uxorem, rei oculum, doctrinæ gloriam ad belli laudem, calculum album errori, aliquid doctrinæ Res Romana *adjectione* populi Albani aucta, ædificia *circumjecta* muris.

Conjicere tela in hostem, hostes in fugam, se ad vel in fugam, se in malum, se in pedes, in aliquem oculos, crimen, maledicta, tela, culpam vel causam rei, sarcinas in aliquem, se sub scalas, aliquid in librum, in morbum, in metum, intro se, literas in fasciculum; aliquem

in

in tricas, in nuptias, in amorem, in terrorem, in perturbationem animi, in lætitiam, in carcerem, in vincula, in catenes, alicui somnum, callidissime de futuris; consulere *conjectorem conjectura* augurari, assequi aliquid; *conjecturam* cogere, facere; *conjectura* me ducit.

Dejicere oculos in terram, jugum servile a cervicibus, alvum; aliquem equo, de suo statu, feram; dijici de gradu, honore, dignitate, sententia.

Disjicere classem, copias hostium. *Ejicere* aliquid ex animo, aliquem foras, in exilium, lingvam, ex animo alicujus memoriam.

Injicere se in medios hostes, in medium agmen; *alicui* cogitationem, curam, scrupulum terrorem, suspicionem, manum, ardorem, cogitationem, trenos, laqueum, vincula, catenas, desperationem, spem, moram, religionis metum, mentionem rei.

Interjicire preces, minas, moram, equiti peditem; paucis diebus *interjectis*, *interjecto* spatio aliquo; *Interjectu* temporis, noctis; luna deficit interjectu terræ.

Objicere alicui probrum, laborem, terrorem, moram, aliquem feris, vitam vel se telis hostium, caput periculo; noctem peccatis & fraudibus *objice* nubem: *objectare caput* periculis, aliquem dolo & casibus, alicui probrum.

Projicere brachia, arma, aliquem inhumatum, se ad pedes alicujus, se ex loco, se in forum, se in fletus muliebres, *projecta* atque

effrenata cupiditas. *Rejicere* aliquid in alicujus adventum, onus, res *rejicula*.

Subjicere se alicujus imperio, se periculo, aliquid oculis, odio, ova gallinis, faces invidiae, bona præconi vel hastæ, testamentum, aliquem tormentis: *subjectare* lasso stimulos.

Trajicere filum in acum, murum jaculo, agmen vado, flumen, exercitum flumen, verba, vinum in alia vasa, aliquem telo, ferro.

IRE exequias alicui, in dubiam servitii & imperii aleam, ad arma contra aliquem, cessim, in ficias, navigio, pedibus, in crucem, in malam rem, in matrimonium sine dote, in exemplum, in orbem, in subsidium & subsidio, pedibus in sententiam alicujus, in suffragium, in jus de aliqua re, in consilium cum aliquo, obviam alicui, obviam conatibus alicujus, suppetias alicui, in alia omnia, pessum, perditum aliquem, viam longam. *It* seges in articulos, valetudo in melius, res in fastidium, lucrum ad me, dies, res. *Eunt* anni more fluentis aquæ, mores præcipites, judices eunt in consilium.

Abire in aquam, impune, viam suam, in desuetudinem, peregre, in malam rem, in ora hominum, incepto, ad vulgi opinionem, ab emtione, magistratu, e vita, a jure, in mores alicujus, in sumtus, in semen, sub jugum. *Abiit* fides, pretium rei retro, in auras, in proverbium, memoria vetustate. quid ad istas ineptias abis? non sic *abibit* tibi.

Adire

Adire aleam, hæreditatem, aliquem per epistolam vel scripto, aliquem legatione, discrimen & ad discrimen, periculum capitis vel mortis, ad causas ornandas, in jus de re aliqua. Periculis *aditis*.

Ambire aliquid, oceanus ambit terram, crimen ambitus. *Anteire* alicui & aliquem aliqua re.

Coire cum aliquo societatem periculi & salutis, cum aliquo in societatem rei, in accusationem alicujus. Fores in pulsu venti *coëunt coit* pus, cicatrix, *coitio* militum prima.

Exire e, vel de, vita, e causa, e nobilibus, ab hominum memoria, ære alieno, in altitudinem, in tabulam, in folia, in herbam, de potestate mentis, supra centum annos, ictus; *exiit* liber, mea sors, seu meum nomen, tempus inducia-rum, flumen in mare; exeunte anno, *exitum* orationis expedire; exitus acta probat.

Inire æstimationem rei, certamen, inducias, consilia de re, convivium cum aliquo, gratiam cum aliquo & apud aliquem, consulatum, pericula præliorum, mensuram agrorum, numerum rei, iter, castra, rationem, viam fraudis, societatem cum aliquo, febris ipsum iniit; anno ineunte, ineuntis ætatis vitia virtutibus emendare. *Interire* ab aliquo, fame, naufragio: hujus rei usus mihi interiit, interiit genus.

Obire cœnas, provinciam, regiones pedibus, diem & munus aliquod diligentissime,

diem auctionis, diem suam, diem supremum, mortem & morte, oculis aliquid, legationem, res suas vel negotia, omnis comitatis numeros, pericula, sacra, comitia, vadimonium vigilias

Perire morbo, animo, ab aliquo, vivus vidensque pereo, *periit* illi pudor res & fides.

Deperire aliquem, est perdite amare; *Præire* alicui & aliquem, alicui voce, verbis & verba.

Prodire in publicum, in concionem populi, in conspectum alicujus, in funus, sumtu extra modum.

Redire ad rem, in memoriam rei, ad se, ad ingenium, ad frugem bonam, ad sanitatem, invitis pedibus, in deditionem, in fidem alicujus, ad officium, in concordiam, ad suum vestitum, in saporem, in metum, in gratiam cum liberis; *rediit* ex his nihil ad me, res in eum locum, ipsi animus, color, res ipsi ad rastros immo ad restim, mos, ad te summa rerum; cui gratiæ, vel ad gratiam *reditus* patet, cui pecunia ex metallis *redit*.

Subire aleam, molem curarum, crimen ἀχαριστίας, carnificem & carnificinam; inimicitias, contumelias, calamitatem, judicium imperitæ multitudinis, famam temeritatis, injuriam, fortunam, nomen exulis, sermones hominum, verbera, tempestatem invidiæ, vituperationem, notam turpitudinis, infamiam, navigationem, tectum, labori & laborem, muro & murum, portum, onus dorso, vultum alicujus, vicem alicujus, variis artibus aliquem, *Subiit* morbus,

bus, animum timor, spes, cogitatio, miseratio miseriæ, recordatio, memoria maleficiorum, me verecundia, cogitationi meæ hoc nunquam; *Subeundus* est usus hominum.

Transire limites, mare, aliquid silentio, in sententiam alicujus, in aquam, in colores varios; Fossæ *transitum* ligneo ponticulo conjungere, tempestatis *transitum* exspectare.

JUNGERE fœdus, affinitatem vel amicitias cum aliquo, flumen ponte; vocem fidibus, equos curru, alicui vel cum aliquo arma, marem matrimonio fœminæ, jungi alicui vel cum aliquo fœdere, societate, cognatione, juncta matrimonio puella, *junctura* boum, verborum: *abjungere* juvencum aratro, se ab omni turpitudinis labe.

Adjungere se alicui comitem, socium, sibi auxilium, sibi aliquem beneficiis, sibi alicujus benevolentiam morum svavitate, animum ad aliquod studium, sibi uxorem, provincias multas ad regnum, se fugæ comitem, accessionem ædibus, urbem in societatem; aliquem ad necessitudinem suam, ad amicitiam suam.

Conjungere cum aliquo vires suas, bellum, amicitias, necessitudinem, sibi matrimonio fœminam; *conjungi* propinqua cognatione, affinitate, studiorum societate ac similitudine, amicitia, communibus studiis, hospitio, ejusdem lingvæ societate: vita multis vitiis *conjuncta*, esse alicui conjunctissimum: *conjunctio* sangvinis, affinitatis; *coniunctissime* cum aliquo vivere.

Dis,

Disjungere se ab aliquo, aliquem ab alicujus amicitia & familiaritate, boves ab onere, disjungi locorum & temporum intervallo, mari ab aliquo.

Injungere alicui laborem, cum aliquo amicitiam, munus, servitutem. Fortuna a temeritate *sejuncta*, privata calamitas a reipublicæ periculo *sejuncta*.

Subjungere alicui rei quippiam; urbem sub suum jus, sub suam potestatem, sub suum imperium.

LABORARE graviter aliqua re, ex re, de re, circa rem, hoc vel illud, dolore capitis, morbo, frigore, a frigore, fame, re frumentaria, vitiis, contemtu, animo, causa, injuria, nota infamiæ, magnitudine sua, hostibus intestinis, malis alienis, opinione perfidiæ, ex invidia, ex desiderio, ex pedibus, ex capite, e renibus: fides annalium *laborat*. *Allaboro* hoc efficere. *Elaborare* in literis, in hoc, enitere & *elabora* ut &c.

LEGERE oram regionis: senatum, aliquem in senatum, milites viritim, aliquem in locum demortui, poma, spolia, flores, relatum, Puer lectissimus.

Colligere alicujus benevolentiam, se vel animum, aliquid ex re, aliquid conjectura animi, annos, existimationem, vires, gratiam, milites, exercitum: (Syn. *cogere*, *conflare*, *conficere*, *conscribere*, *conducere*, *instruere*, *facere*;) naufragia fortunæ, naufragium reipublicæ & salutem communem reficere, invidiam alicujus rei, memoriam

riam antiquitatis, laudem omnium, ſtipem, numerum perditorum hominum, veſtigia alicujus ſectæ, vaſa, ſe ex timore, ventos rumorum.

Recolligere vires, animum alicujus, ſe ex metu & longa valetudine. *Deligere* ſibi aliquem in conſilium, deligere ſorte, aliquem virtutum claritudine ad ſummum faſtigium, lumina ex florentiſſimis ordinibus, *Negligere* periculum fortunarum & capitis pro aliquo.

LEVARE manum, in ſublime aliquid, aliquem onere, ægritudine, labore, cura, faſce, vinculis, civitatem obſidione, animum moleſtiis, inopiam opibus ſuis, viam ſermone; dolorem, alicujus inopiam, annonam, tædium, alvum, amicitiam remiſſione uſus; multa fidem promiſſa *levant*.

Allevare onus, affictum, alicujus ærumnam dictis, animum a mœrore, ſolicitudinem alicujus.

Elevare alicujus auctoritatem, famam, res geſtas, teſtimonium, noxam.

Relevare animum, labores; relevari cura, metu: non eſt in medico, ſemper *relevetur* ut æger.

Sublevare proſtratum atque abjectum, alicujus inopiam, aliquem auxilio & ſolatio, teſtimonio.

LOCARE fundamenta, alicui agrum, fundum, ædes, equites pro cornibus, argentum fœnori, beneficium apud gratos, beneficium bene, male; alicui filiam, filiam in matri-

trimonium, filiam alicui nuptum, alicui insidias, alicui agrum fodienum, aliquem in amplisimo dignitatis gradu, aliquem in insidiis, legionem alicubi himandi causa: milites in præsidio.

Collocare suo quidque loco, legionem in aliquo loco, aliquid in tuto, pecuniam (anlegen/ austhun/) pecunias graviore fœnore, beneficium apud aliquem, dotem in fundo aliquo, pecuniam in prædiis, in usuris, in matrimonium filiam, filiam nuptum [& nuptui, alicui filiam, studium suum in sapientia, spem suam in aliquo, tempus bene aut male, adolescentiam in voluptatibus, in voluntate alicujus aliquid.

Elocare fundum, ædes, certa pecuniæ summa se alicui curandum elocare.

LUERE peccata, pœnas, supplicium cruce, aliquid sangvine, capite, culpam morte voluntaria, æs alienum.

Abluere se fluvio, maculam ignaviæ, maculam vitiorum: fluvius *alluit* urbem, mœnia alluuntur a mari.

Colluere dentes: gentium ac sorditum *colluvies* seu *colluvio*. *Diluere* atramentum, vinum crimen.

Eluere os, maculam vestium, animi labem & vitæ sordes. Eluere corpus illuvie squalidum: urbs fluvio *interluitur*.

Polluere jura Dei hominumque, se scelere, se libidine, vitiis, stupro, flagitio: impetus aquarum *polluit* terram.

MA-

MANARE sudore: *manat* arbor picem, arbor fonte & e fonte, malum indies latius, in tota urbe rumor, fidei bonæ nomen latissime, res fine capite: *dimanavit* rumor; *emanare* in vulgus indiciis, emanat res, fama, *permanare* ad plures.

MANERE aliquem, in officio, in sententia, in fide, in vita; *manet* mos, periculum &c. *Eminere* ex aqua, inter omnes, in aliqua re, corpore; *eminet* ex ore crudelitas, animus maxime in contemnendis doloribus. Viros *supereminet omnes*.

Imminere occasioni, imperio alieno, *imminet* nobis ab illo bellum, periculum, mors, tempestas.

Permanere in fide, in officio, in amicitia, in incepto, in proposito, in armis, in sententia sua, in eadem voluntate *Prominet* dentes: Os *prominulum*. *Remanet* animus post mortem.

METIRI agrum, aliquid æquis intervallis, rei magnitudinem, aliquid oculo. omnia voluptate, omnia ventre, aliquid commodis, dignitate, se suo modulo ac pede, fidelitatem ex conscientia aliquem non fortuna, sed virtute: Religio magis fide animi *metienda* est, quam ostentatione verborum.

Admetiri frumentum emtoribus. *Dimetiri* aliquid digitis, cœlum. *Emetiri* iter, spatium ingens uno die, laborem: *permetiri* iter. Remetiri *iter*.

MITTERE vocem liberam, vocem pro aliquo & contra aliquem, manu servum, de pectore curam, iram, muneri alicui aliquid, ali-

aliquem in fabulas & sermones vel in ora populi, in possessionem, in literas vel acta aliquid, legatos cum autoritate, falcem, canos, talos, in carcerem, subsidium & subsidio aliquid, voces furiales, folia, corticem, iram, aliquid idem est ac tacere, præcipitem, se ex alto, alicui præsidio, suppetias, salutem per aliquem, quæstorem ad horas, radices, sub jugum aliquem, sanguinem, se & sua in incendium, *mitti* in caput; mitte male loqui, fac me missum vel iram missam, misso convivio, misitando aliquem fatigare.

Admittere noxam, culpam vel delictum in se, aliquid auribus, solem atque diem, partum ad ubera, aliquem ad & in consilium, admitti in animum judicis, *admissionem* dare.

Amittere e conspectu aliquem, ex animo aliquid, existimationem pudoris, memoriam rei, ædem, fortunas.

Committere crimen, rixam cum aliquo, rem prælio, prælium vi summa, aliquos inter se, se soli, aliquid literis, alicui vices suas, alicui salutem & fortunas suas, alicui summam belli, se fidei & in fidem alicujus, se in discrimen, & discrimini, se mari, se in aciem, se in conspectum alicujus, semina terræ, alicujus arbitrio aliquid, non committam, ut &c.

Demittere oculos, se animo, animum, folia, aliquid in adulationem, rem in comparationem alterius, homo *demissis* labiis, demissa ad talos purpura: animi *demissio*, *demississime* & subjectissime aliquid exponere. *Dimit-*

Dimittere aliquem cum bona gratia vel cum pace, contumelioſe, durius, aſperius, e complexu, otio animum, aculeum, folia, filium de poteſtate, uxorem e matrimonio, milites, oſculo aliquem, aliquid in vulgus, uſum aliquorum, occaſionem, ex animo curam, de ſumma aliquid; quem febris dimiſit.

Emittere librum, arcu ſagittas, aculeos ſeveritatis in aliquem, ova, venis ſangvinem. *Emiſſarius*, oculi emisſitii.

Immittere ſe in medios hoſtes, aliquem in alterius bona, injuriam in aliquem, ſe in voluptates, in aures aliquid, trabes, fila per acum. *Intermittere mentionem* & curam rei, ſtudia, tempus a labore.

Omittere navigationem, occaſionem, humanitatem, triſtitiam; Omiſi iratus eſſe: nullum intermittit diem, quin ad me veniat: *Omiſſo* eſſe animo, omisſior abre. Omitte me omittere animum nubendi, ut alia omittam: omiſit hoc dicere

Permittere alicui de ſe calculum, Reip. adminiſtrationem annuis magiſtratibus, aliquid liberum, ſe fidei alicujus, ſe in deditionem, rem ſuffragiis, iracundiæ alicujus aliquid, omnia judicio alicujus.

Prætermittere occaſionem, aliquid ſilentio, nihil in aliquo ornando, nullum officium hominis amantisſimi; nihil prætermiſi, quantum eniti potui, quem facerem.

Promittere ad cœnam; barbam, vadimonium

nium: *Promissis* stare. Satisfacere; promissa complere, solvere, promissum cadit in debitum,

Remittere animum, & animum ab aliqua re, debitum, habenas, alicui tributa & militiæ vacationem in triennium, nuntium uxori, & nuntium studiis, contentionem ob infirmitatem laterum, aliquem pretio, causam ad senatum, labores, aliquid in tempus aliquod, frenos dolori, frontem, officium alicui, spiritum, vocem, remittit virtus, ventus, dolor: (ut onera contentis corporibus facilius feruntur, *remissis* opprimunt, simillime animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum; *remissione* autem sic urgetur, ut se nequeat extollere.) Oculi sunt, quorum intentione, tum remissione, tum hilaritate, virtus animorum significatur.

Submittere fasces alicui, genua, fidem tormentis, fœtum matribus, se ad mensuram discentis, capillum.

Transmittere exercitum, tectum lapide, oblivione, bellum alicui, equis fluvium, locum pedibus vel equo, maria, viam per obscurum, tempus otio, *transmittit* lacus fluvium, charta literas.

NITI baculo, consilio alicujus, virtute decet non sangvine, genibus, in se ipso, pro aliquo: + radicibus suis, in cubitum, in altum, ad summa, Tu eris unus in quo nitatur civitatis salus. Domino mens nixa quieta est: Unanimi *nisu* & concordibus ausis, totius corporis nixu sive nisu. *Anniti* ad aliquid omni opere, ut aliquid fiat.

Con-

Conniti animo & virtute, conniti in aliquem locum, uno animo, cornibus.

Eniti partum, copiosiorem sobolem, ova, per ardua, aggerem, in equum, in aliqua re: enitere & elabora, fœmina enixa sex partus, sus fœtum, post unum ab enixu annum, enixa opera ac voluntas, *Enixe* quid præstare, *enixius* opem ferre, enixissime juvare.

Inniti hasta & hastæ, in aliquo & in aliquem. Omnia cura & tutelæ unius innituntur. *Obnixius* impetum hostium excepit. Manibus pedibusque obnixe omnia facere. Axe *subnixus* mundus.

NUDARE corpus, gladium vagina, scelus, animum, aciem cornibus, *nudata* interitu consulum respublica, arx præsidiis, arbor foliis, muros defensoribus *nudatus*: ventus *nudat* vada. *Denudare* aliquem ornatu, *denudari* a pectore. *Enudare* res obscuras.

ONERARE mensas epulis, aliquem contumelii, maledictis, injuriis, mendaciis, præceptis, promissis, catenis. *Exonerare* tormenta, conscientiam, ventrem, aliquem metu.

ORNARE aliquem eximia laude, laudibus, beneficiis, exquisitis honoribus, aliquid floribus, verbis amplissimis, classem, convivium, egressum alicujus frequentia.

Adornare aliquem insigni veste, fugam, naves, bellum, nuptias. *Exornare* se lepidis moribus, aliquid singulari gratia.

Subornare falsum testem, pecunia accusatorem.

PENDERE animi & animo, obscura spe & cœca exspectatione, promissis, ex & ab aliquo, de ab & in arbore, a de vel ex collo, ex fortuna; Opera pendent interrupta; *pendet* & a vestra nostra salute salus, respublica e Bruto, animus, reus; *pensa* imperare, accurare, absolvere, capere, conficere. Loca *pendula*, spe pendulus: hortus *pensilis*.

Impendet ab ipso bellum, summa inter illos contentio, metus ab ipso nullus nobis, invidiæ tempestas, malorum ilias, judicium cervicibus nostris.

Propendere in aliquem voluntatis inclinatione: propendet lanx in hanc partem: *propensus* ad & in aliquid; tua in me propensior voluntas.

PENDERE rem levi conjectura, vectigal, usuram, pœnas temeritatis, aliquid magni, parvi &c. verba, trahere aut carpere *pensa*; *pensum* exigere, imperare, habere aliquid pensi aut nihil pensi. *Pensare* alicujus vicem, maleficia benefactis, aliquem factis, non ex dictis, pensitare vitam æqua lance. *Appendere* verba, pecuniam alicui.

Compensare labores gloria, tarditatem supplicii gravitate, cum summis doloribus lætitiam. In *compendio* & quæstu versari, suo *compendio* servire, ligni *compendio* percoquere, *compendia* scriptionis facere, via *compendiosa* vel *compendiaria*

Dis-

Dispensare aliquid æquis portionibus, res domesticas; *dispendia* famæ. *Expendere* pœnas scelerum alicui, in tergo mendacia. *Expensum* mihi feras, codex *accepti & expensi*

Impendere sumtus, laborem, curam, tempus in vel ad rem, in re, alicui rei impensas facere, vel impensas agere in rem aliquam: Impense doctus; Cura impensior; rationem impendiorum reposcere.

Rependere vices, pares sceleribus pœnas, alicujus caput auro, gratiam facto.

Suspendere ædificium, se de in & ex arbore, rem aliquam, animos expectatione, aliquem naso adunco, spiritum inter legendum, ambiguis responsis & spe incerta aliquem; suspendi metu: suspenso gradu ire, suspensos habere pedes, suspensa manu aliquid facere, in suspenso relinquere, detinere aliquem suspensum, suspensus animi, suspensus somnus. *Suspensuræ* ædium, *suspendio* vitam amittere,

PONERE castra in plano, fundamenta, initia male, rei custodem, aliquid in loco contumeliæ aut beneficii, summum bonum in virtute, sumtum bene, beneficium apud aliquem bene, animum ferocem, arma, curas, metam, cardinem in aliqua re, operam ac diligentiam in re, extra culpam aliquem, fidem suam pro aliquo pignori: alicui insidias, alicui statuam, aliquid in dubio, in lucro, in malis, in gloria; aliquos in insidiis, plurimum in alicujus fide & consiliis, res suas in minimis,

aliquem apud alterum in gratiam, aliquem in numero doctorum, multum in fortuna, multa sub uno adspectu, rei modum, rei pretium, rei nomen, præsidia in arce, rationem salutis in voluptate, pecuniam in aliquo loco, ova, rudimentum vel tirocinium in aliqua re, rudimenta militiæ sub aliquo, vitem, vitam, tempus in cogitatione, spem in Deo; *res posita* extra usum vulgarem, in usu quotidiano, in & sub conspectu, in contentione, in laude, in potestate mea, in manu alicujus, in more institutoque majorum; *positus* in altissimo dignitatis gradu. In te positum est.

Anteponere alterius vitam suæ. *Apponere* alicui mensam, cœnam dubiam, aliquid lucro, rei notam, aliquid in epulis.

Componere capillos, bellum; lites, cum bona gratia aliquid inter aliquos, carmen, historiam, librum, literas, parvis magna, animum, iter, exercitum pugnæ, insidias in montibus, fallacias, mendacia, pacem cum aliquo, *componi* cum aliquo (confrontiret werden) *compositio*, ex *compositio*, de *compositio* factum.

Deponere de manibus aliquid, provinciam, imperium, arma, bellum, curas, luctum, metum spem, pecuniam pupillarem in fidem publicam, rei memoriam, rei cogitationem, rei desiderium, personam accusatoris, negotium, aliquem vino: hoc depono, Diß setz ich zum Pfande. *Depositum* accipere, reddere, abnegare.

Dispo-

Disponere præsidia, vigilias per urbem, aciem, insidias, equites, tormenta in muris, studia sua ad honorem, suo quidque ordine, consilia in omnem fortunam.

Exponere infantem; fœnum in sole, omnia memoriter vel ex memoria, ægrum medentis arbitrio, copias in terram, rem gestam, rationem facti, summam cogitationum suarum breviter, diem totum in aliqua re considerandi, *expositus* periculo, prædæ, soli locus, ventis.

Imponere alicui, alicui onus, nomen, coronam vel diadema, alicui partes, civitati præsidium, operi fastigium vel extremam manum, in cervicibus aliquorum sempiternum dominium, rei finem, rei pretium, modum dolori, modum pugnæ prosperæ, mulctam, necessitatem aliquid faciendi, alicui plagam mortiferam, silentium, vulnus, rebus quæ veneunt portorium, tributum in capita.

Interponere fidem suam, auctoritatem suam, consilia sua, jusjurandum, arma, se inter aliquos, suspicionem, causam, diebus aliquot *interpositis*, offensione interposita.

Opponere se periculis, aliquid pignori, hostibus propugnaculum, aliquem hosti, corpus pro patria, terrorem armati hostis, molem fluctibus, morbo medicinam, alicui insidias. *Postponere* vera falsis.

Proponere salutem alterius suæ vitæ, bello vel exercitui imperatorem, aliquem muneri vel negotio.

Proponere præmium, edicta, exemplum, aliquid animo, aliquid in publicum, aliquem sibi ad imitandum, alicui conditiones, formidines incommodorum, alicui impunitatem; mortem, signum pugnæ.

Reponere alimenta in hiemem, spem suam in aliquo, aliquem in numero & in numerum doctorum; *Seponere* sibi tempus ad aliquam rem: *Supponere* ova gallinis, testamentum falsum, infantem.

PREMERE alicujus famam, iras, altum corde dolorem, aliquem testibus, alicujus vestigia, clamore ad retia cervum, argumentum (i. e. urgere) *premi* onore, invidia, odio, ancipiti periculo, angustiis, ære alieno, inopia, bello, necessitate, æstivi solis ardore

Comprimere animam furorem, audaciam, impetum, conatus alicujus, famem, alvum, manum in pugnum, alicui linguam, aliquem sua auctoritate, lætitiam exultantem, seditionem; compressis manibus sedere.

Deprimere navem, veritatem, vocem; locus *depressus*.

Exprimere oleum, liquorem, alicujus effigiem tabella, imaginem vitæ, verbum verbo, deditionem necessitate, confessionem culpæ, alicujus vocem, alicuirisum.

Imprimere vestigium, dedecus familiæ, sigillum annulo, aliquid animo, alicui notitiam rei, sulcum altius,

Opprimere hostem, flammam, bellum exortum,

ortum, animos formidine, aliquem contumeliis, dolorem patientia, alicujus potentiam, classem, aliquem imprudentem vel in cautum,

Opprimi somno, ruina, invidia, ægritudine, nocte, officii onere; ære alieno.

Reprimere iracundiam, se, alicujus impetum, copias, exundantem fluvium, fugam,

Supprimere hostem, ægritudinem, librum, mandatum, nomen suum, rei famam.

QUÆRERE fugam, diverticula, latebram perjurio, fidem promisso, ad necem aliquem, moram supplicio, locum insidiis, locum gratiæ apud aliquem, præsidia amicitiarum, rem faciendis mercaturis, veritatem tormentis, malo medelam vel salutem, ab aliquo & ex aliquo aliquid, victum, remedium rei & ad rem, *acquirere* benevolentiam, opes, studia vulgi: *inquirere* aliquem capite & capitis, de aliqua re,

Conquirere aliquem terra marique, omnia studiose: *Exquirere* verum vel veritatem. Oratio *exquisita*, exquisita supplicia, exquisita argumenta, epulæ exquisitæ, exquisitissimis verbis laudari: accurate atque *exquisite* disputare. *Inquirere* in aliquem quid agat, de aliquo.

Perquirere homines ex omni regione. *Requirere* aliquem, auxilium ab aliquo & ex aliquo, aliquem voce, officium ab aliquo.

QUATERE mœnia ariete, aliquem foras, quati ægritudine, tempestate, *quassas* rates reficere: *quassatam* ventis liceat subducere classem, quassata respublica.

Con-

Concutere rempublicam, orbem bello, terra motu *concussa*. *Decutere* baculo summa capita papaverum, fructus.

Discutere murum arietibus, tristitiam, fastidium, febrem vel febris horrorem, crapulam, tristitiam, cogitationes tristes, consilia proditionis. *Excutere* aliquid e manibus, ignem, alicui lacrymas, jugum, cubilibus feras, omne scriptorum genus, intelligentiam suam, verbum aliquod, aliquem sella vel curru, clavum lapide, alicui cerebrum, alicui vomitum, opinionem radicitus, oculum, equitem, severitatem veterem, pulverem.

Incutere alicui metum, terrorem, pudorem, religionem animo alicujus, scipionem in caput alterius; terræ pedem.

Percutere aliquem manu, ferula, gladio, securi, lapide, inani cogitatione, hostem, fœdus, aliquem palpo, res animum percusit, *percuti* gravissimo fortunæ vulnere, fulmine: *percussor* Valles clamoribus *repercussæ*.

RAPERE aliquem in jus, in mœrorem, in admirationem sui, in crucem, ad supplicium, in partem pejorem & contrariam aliquid; rapi in fraudem oculis, in errorem, in invidiam, cupiditate, aviditate, quem natura abripuit a similitudine parentis: tempestate abripi in locum, abripi in vel ad quæstionem, plus hominum ferrum, quam naturalis fatorum conditio, *rapit*.

Arripere cognomen ex aliqua re, manum alicu-

alicujus mordicus, verba de foro, maledictum ex trivio, literas avide.

Corripere sese alicunde, aliquem in nervum, se aliquo, se intro, aliquem, cursum, viam; *Corripi* flamma, morbo.

Eripere aliquem e morte, ex periculo, ex belli ore ac faucibus, alicui ægritudinem, civitatem, conspectum, munus exequiarum, se ex conspectu alicujus, se ex crimine & infamia, orationem ex ore alicujus; alicui sangvinem vitamque, pudicitiam,

Proripere se aliquo, in publicum, se porta foras, quo nunc se proripit ille.

SEQUI alicujus exemplum, fidem, autoritatem, judicium, sententiam, gratiam, disciplinam, consvetudinem, morem suum, otium, officium, magistrum, magno intervallo aliquem, militiam, naturam ducem, promissa, vestigiis aliquem, studia disparia.

Sectari aliquem discendi gratia, bellum, apros, cervos, quem pueri *sectantur* & irrident.

Assequi honores, magistratum sine repulsa; maturitatem, aliquid conjectura, suspicione, nomen, aliquem in via, *alicujus* merita, ingenium, cogitationem, studium, gradum dignitatis. Si vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videor tuorum meritorum *assecutus*. *Assectari* aliquem.

Consequi aliquem in itinere, cursu aliquem, magistratum, familiaritatem alicujus, celebritatem, studium alicujus erga se alterius com-

commendatione, uberrimam gratiam, gloriam, opes, victoriam, famam, &c. aliquid studio, conjectura, imitatione, verbis, memoria, intellectu, meritum alicujus, referenda gratia, laudem; res consequitur, mors matrem est consecuta ex ægritudine; magnitudinem multitudinemque beneficiorum alicujus consequi non posse, nullam partem meritorum alicujus posse consequi; quid *consequentius*, quam ut &c.

Consectari convitiis aliquem, hostes, largitione benevolentiam alicujus, umbram falsæ gloriæ, vitium de industria, opes & potentiam etiam minutissima, aliquid imitando, ubertatem orationis.

Exsequi laudes alicujus rei, iter, incepta, consilium, fugam; funus, jus suum, imperium, mandatum, dicta, jussa concepta, munus officii, viam scelerati consilii, ministerium. *Insequi* aliquem clamore & minis, contumelia.

Insectari aliqvem, alicujus levitatem, iniuriam, aliquem maledictis, lapidibus. Seneca egregius vitiorum *Insectator*.

Obsequi animo suo, voluntati alicujus, imperio, voluptati, consvetudini, pudori suo, tempestati in navigando.

Persequi jus suum, imperium vel mandatum alicujus, litteris aliquid, bello aliquem, incepta, lite ac judicio aliquem, terra & mari aliquem, hæreditatem, incepta, injurias, inimicitias paternas, sectam aliquorum, versibus aliquid, vestigia alicujus, vestigiis suis aliquem.

Prose-

Prosequi aliquem. i. e. comitari, funus, aliquem lachrymis, amore, odio, contumeliis, benevolentia, beneficiis, officiis, laudibus, verbis honorificis, suffragio, præmio, stilo, verbis vehementioribus, memoria aliquid, fletibus natos, lætitia defunctos, ordinem rerum, jus suum, memoriam alicujus libello, virtutem alicujus memoria, mentionem alicujus cum honore summo.

SERERE arbores, fruges, vites, lites, bellum, bella ex bellis, beneficium, colloquia cum aliquo, crimina in aliquem, mentionem alicujus ad vulgus, aliquid occultis sermonibus, varios rumores, surculos, terram frugibus

Asserere aliquem manu sua, aliquem in libertatem & libertatem alicui, in servitutem, sibi nomen sapientis, sibi majestatem divinam, se ab injuria oblivionis.

Conserere agrum hordeo, conserere manum cum aliquo, pugnam inter se, prælium. *Deserere* aliquem fide & factis, causam, vadimonium, litem, jus amicitiæ, jus suum, officium, officii partes alicujus, preces, fidem, spem: *deserit* fides & fama eum; genua eum *deserunt*.

Disserere aliquid in areas, aliquid pluribus verbis; a mente *deseri*.

Exserere lingvam, caput, manus, jus suum in aliquid; exserunt se de domicilio cochleæ.

inserere cibum in os, fila in acum, collum in laqueum, manus in sinum, caput in tento-

rium

rium, opinionem alicui, odium animis, historiæ nugas, surculum in truncum, *insita* penitus opinio. *Interserere* causam.

Obserere terram frugibus; nivibus *obsitum* iter, virgultis obsita loca, tenebris loca obsita, pannis & annis obsitus, vestis squalore *obsita*.

SISTERE se, aliquem alicui, cursum alicujus, gradum, alvum, equos, fugam, querelas, legiones ferociter instantes, sangvinem, sangvinis profluvium. *Assistere* prope aliquem.

Absistere bello, pugna, incepto, imperio, obsidione, ad fores, alicui contra aliquem.

Consistere in aliquo loco, securo animo in anchoris, in sententia; *consistit* morbus, alvus, stomachus, usura, in hoc summa, in eo spes, respublica in unius anima.

Desistere a mente sua vel a sententia, de sententia, sententia, causa, consilio, itinere, litibus, conatu, bello, pugna, oppugnatione, fuga, cœptis, incepto, a cultu alicujus.

Exsistere voragine, spelunca, beneficia ejus in nos exstunt maxima, poëtarum egregiorum magna exstitit copia, crudelis in eum exstitit, repente lætus exstitit amici officium, exstitit in periculis, exstitit patronus hujus causæ, in eo fides, fautor & adjutor nostræ dignitatis, virtute & consilio præstanti. *Insistere* hastæ vel baculo, curæ alicujus rei, pugnæ, spei, viam, via, vestigiis alicujus, alternis pedibus,

ob-

Obsistere hosti, dolori, injuriæ, sermoni alicujus, vitiis: *Persistere* in proposito. in impudentia, in sententia &c.

Resistere suspicioni, malo, dolori, alicui armis, *restitit* ad fores. *Subsistere* in limine portæ, sumtibus (die Unkosten ertragen) infra binos cubitos, hostes, feras.

SOLVERE canes, vel canibus vincula, argumenta, aliquem legibus, curis, alvum, ab aliquo loco, e portu, ex catenis, navem, morem, nomina, fidem, obsidionem, promissum, pecuniam præsentem, supplicium alicui, justa funeri, votum, versura aliquid, infantiam deliciis, metum corde, metu animum; solvi æstu, solvendo æri alieno non sum; neque tu verbis unquam solves, quod mihi re malefeceris.

Absolvere pensum, aliquem injuriarum & improbitatis crimine vel pœna, de prævaricatione aliquem, res omnibus numeris *absoluta*.

Dissolvere amicitiam, religionem, criminationem, æs alienum, legem: esse animo *dissoluto*; adolescens dissolutus & perditus.

Exsolvere æs alienum, nodum erroris, fidem, aliquem vinculis, pudore, errore, pœnas morte, aliquem pœna, se suspicione & solicitudine, se occupationibus, religione juramenti aliquem, votum.

Persolvere alienum, promissum, gratiam, pœnas, primæ epistolæ partem, quæstionem.

Resol-

Resolvere aliquid in pulverem, capillos, pecuniam, emtionem, partem corruptam a viva,

SPARGERE semen, rumorem, suspiciones, se in ramorum brachia, se per agros & vias humum foliis, terram imbribus, vestigia fugæ, venena, se *spargit* amnis, literæ humanitatis sale *sparsæ*, capilli *sparsi*, pelles albo *sparsæ*, humerus capillis *sparsus*.

Adspergere alicui aliquid molestiæ, alicujus famæ maculam, labem alicujus dignitati, alicui labeculam, salem carnibus, splendorem vitæ maculis, aliquid in epistola, aram sangvine, gravitati comitatem, sales epistolæ. *Adspergines* parietum.

Conspergere aliquem lacrymis, scripto, hilaritate, orationem verborum & sententiarum floribus.

Dispergere multa pernicioſa, bellum longe lateque, alicui cerebrum. *Inspergere* aliquid sale. *Perspergere* orationem lepore, tanquam sale. *Respergere* aliquem cruore & sangvine.

STARE animo, ab aliquo vel a partibus alicujus, cum aliquo & pro aliquo, a mendacio contra verum, ad cyathum & vinum alicui, autore certo, opinione, judicio & consilio alicujus, rebus judicatis, pacto, loco, statu eodem, conditionibus, conventis, in fide, in acie, in eadem sententia, in procinctu, in senatu pulcherrime; *stat* jus exemplis; Omnis in Ascanio chari stat cura parentis; Stat sententia

lentia, sua cuique dies, merci pretium, illi res centum talentis, cum ipso ratio & fortuna: per me non *stabit*, quo minus hoc vel illud fiat: multo sangvine & vulneribus hæc victoria nobis stetit: magno vel magni stetit absentem fuisse, res nostræ *stant*; *statio* navium, statio militum, in statione sua permanere, miles a statione exemtus; miles *statarius*, *stativa* habere: Socrates stare solitus pertinaci statu perdus atque pernox; *stati* siderum cursus, stata sacra *antistare* alicui aliqua re, sæpe eloquentia *antistat* innocentiæ.

Constare sibi, humanitati suæ, in sententia, ex fraude & menda iis: *Constat* inter nos, medicina experimentis, hac de re, ejus innocentia & de ejus innocentia, apud omnes, ei color & vultus, reverentia magistratui, care, vilissime, gratis mihi, minoris dimidio, auro, nondum satis certum apud animum, mihi fructus laboris mei: etiam pietatis ratio militibus in parentes constare debet: mea in te summa necessitudinis officia constabunt; *constare* debet otii mei apud te ratio.

Exstare solo capite ex aqua, duos digitos e terra, sesquipede, paululum supra terram, modice ab humo; *Exstat* liber, exemplum, memoria illius rei; *Exstant* multa in me tua merita, rerum præteritarum monumenta in literis, inimicitiæ inter illos, vestigia.

Instare alicui ut &c. famæ, operi, vestigiis

giis alicujus, precibus: Instant ab illo mihi mala & pericula,

Præstare munus suum, operam in aliqua re, appetentiam cibi, iter atque mare tutum quod factum est impensæ in bellum, emtori damnum, se virum, se propugnatorem acerrimum alicui, quos bella præstitere invictos, salvum aliquem, silentium, vicem alicujus rei, periculum, culpam, promissum, fidem promissi, summum nusquam posse melius poni; præstare non possum quid quisque nos dixisse dicat, de se ipso felicitatem nemo potest, aliquem & alicui ingenio, numero militum, alicui & aliquem aliqua re, inter suos, mori quam peccare præstat; *prostare* pretio.

STATUERE apud animum, cum animo suo vel cum animo statutum ac deliberatum habere, ante oculos, diem, exemplum in aliquo & in aliquem, documentum ne &c. finem rei, legem sibi, in aliquem gravius vel crudelius quid, exilium in aliquem, modum, mercedem & stipendium, alicui monumentum & insignia æterna, tropæum, signum & statuam alicui, terminos, tabernaculum: pretium rei, pali *statuti*.

Constituere amicitiam cum aliquo, delectum rerum, res summa æquitate, judicium capitis in aliquem, judicium in sensibus, pretium frumento, tempus adque diem, civitatem, reditum ex aliqua re, rem nummariam & familiarem,

liarem, nuptias in diem, pœnam, vectigal, supplicium in aliquem: non possum satis constituere quid agam: *Constitutum* est mihi; constituta & pacta dies. *Destituere* aliquem; destitui aliqua re, ab aliquo.

Instituere actionem, aciem, aliquem ad aliquid, aliquem literis Græcis, hæredem, cursum; animum ad cogitandum, delectum militum, tutorem orbitati filiorum, iter, viam.

Restituere sanitatem & sanitati, aliquem in gratiam, animum alicui, in integrum aliquem, aliquem in possessionem: vina sibi testituuntur.

STRINGERE gladium, stilum in aliquem, frondes, folia ex arboribus; nullum vinculum ad stringendam fidem jure jurando est arctius; quem telum leviter *strinxit*.

Adstringere alvum, se furti, se scelere, se legibus, breviter argumenta, aliquem vinculis, orationem numeris, lingvam mercede, aliquem ad aliquid, alicui fidem suam, se ad certa verba, se ad alicujus servitutem; frontem, adstringi lege, frigore, necessitate, sapor gustum *adstringens*.

Constringere aliquem catenis, vinculis supplicis scelera, aliquem custodia, lege, quadrupedem, libidinibus aut virtuti se constringendum dare, *constringi* necessitate. *Destringere* avenas, oleam, aliquid bonis alicujus.

Distringere gladium; *distringi* labore ambitionis, officio, bellis, agendis causis.

Obstringere alicui collum, aliquem sibi

beneficio, officiis, largitionibus, fidem suam alteri, jure jurando aliquem, se legibus, ære alieno aliquem, se scelere, perjurio, parricidio, se pactione; obstringere debito aliquem; *obstringi* alicui memoria beneficii sempiterna, religione voti; voluptatibus tenetur *obstrictus*.

Perstringere terras aratro, aciem ingenii, oculos, aliquid breviter, aliquem asperioribus verbis, *perstringit* me horror. *perstringere* fauces laqueo; *aciem* oculorum, ingenii, mentis, ferri.

Restringere sumtus, syllabas plures in pauciores, natura omnes ad custodiam pecuniæ *restrinxit*. *Substringere* effusa, venter *substrictior*.

STRUERE crimina in aliquem, insidias, ædes, convivia, copias, calamitatem alicui, consilia, aggeres, moles, bellum, mendacium, dolum, opes, periculum ruinæ: *Adstruere* novum veteri

Construere nidum, favos, numorum acervos. *Destruere* ædificium, testes.

Exstruere ædificium, aliquid ex ipso fundamento, ex argumentis & rationibus, mensas epulis exquisitissimis. tumulum.

Instruere ignorantiam alicujus, bellum, aciem, classem, cœnam, epulas, hortum, iter ad bonam famam, aliquem ad omne officii munus, judicem notitia rerum; *Instructus* artibus, a philosophia, ad rem; *Obstruere* hosti perfu-

perfugium, luminibus alicujus, aures, iter alicui, omnes aditus frigoris.

TENDERE manus ad cœlum, arcum, insidias, plagas, retia, casses, ad altiora, fallaciam in aliquem, in quemcunque casum, cursum aliquo, manus supplices alicui & ad aliquem, in sublime: *tendunt* in diuersum sententiæ; eo res tendit.

Attendere animum, ad aliquid animo, æquo animo, aliquem & alicui: *Attentus* in re, circa rem, ad rem attentior.

Contendere aliquid ab aliquo, de proferendo die, rem rei & cum re, ad aliquid, verbis, & ferro, agmen ad aliquem locum, cursum aliquo, magnis itineribus aliquo, contra vim & grauitatem morbi, cursu, pedibus, quam maxime ut &c. omnibus nervis, juramento seu sacramento, jure & jurgio cum aliquo, muneribus cum aliquo, voce; *contentus* cursus: studium contentum, contentio animi, ingenii & virium, *contentio* inimicitiis incensa, contentiones animi adhibere, venire in contentionem, contentio illorum est facienda, contentionis funem ducere. *Distendere* rictum, curam alicujus in aliquid, aciem.

Extendere amplitudinem dicitur lacus, preces, epistolam, iter, consulatum, curas in futurum annum; famam factis; extendi in proceritatem: *extenta* itinera, ævo extento vivere; *Intendere* actionem alicui, arcum, ballistam in aliquem, cogitationes ad rem aliquam, animum

in rem, ad rem & rei, manum alicui, curam, alicui rei, fugam, curam in belli apparatum, fallaciam & crimen in aliquem, sensus & aciem mentis ad aliquid, dolorem in ultionis solatia, litem bellum & periculum alicui, omnes nervos, omnes industriæ nervos in aliqua re, minas, vocem, oculorum aciem in omnes partes: testudo intenta nervis, cura intentissima; *intentus* rei, ad rem & in re.

Obtendere velum alicui rei & rem velis, rationem turpitudini: *prætendere* retia, ignorantiam &c. *Protendere* digitum, cornua.

TENERE promissa, auditorem attentum, antiquitatem, morem vestis, aures alicujus, autoritatem, animum suspensum, complexu aliquid, campum, causam, clavum imperii, aliquid animo & memoria, animo comprehensum aliquid, crimen alicujus argumento, cursum, delectum, dolorem. Fastigium inter homines, furem manifeste; fidem, forum, gratiam alicujus, gravitatem, gubernaculum reipublicæ, in hortis se; Imperium in aliquem, institutum suum, jus civile, in armis milites, in officio aliquem, in spe & promissis aliquem, jucunditatem vitæ perpetuam, lachrymas, locum oratorum, locum principem apud aliquem, locum præsidiis firmatum & omni ratione obvallatum, lupum auribus, manifestum aliquem mendacii, mare, memoriam vivam alicujus, mediocritatem, oppidum, occasionem oblatam, aliquem in oculis, occupatum & impeditum

tum aliquem, palmam, primas, partem in aliquare, principatum ſententiæ, primum locum ædium, populum concionibus, portum, poſſeſſiones paternas, provinciam, propoſitum, rationem juris æqualem, riſum, rem oculis non conjectura, ſenſum rei, ſe caſtris, ſe intra ſilentium & in ſilentio, ſe uno loco, ſuis ſe finibus, ſe improbis artibus, ſe oppido, ſe non poſſe, quin; navem in anchoris, ſilentium, ſententiam aliquam, ſummum dignitatis gradum, ſummam imperii, captivum liberali cuſtodia, ſpem, hoſtem ſolicitum usque ad lucem. Tacitum aliquid, veſtigia alicujus, viam.

Tenet me hoc, deſiderium hujus rei, ſatietas hujus rei, difficultas rei nummariæ, expectatio hujus rei, cunctatio, morbus, ſtudium & cupiditas hujus rei, odium ſtudiorum, ſpes fore ut &c. memoria tui nos, torpor membra, oculos noſtros hæc res, ſententia, fama, conſvetudo, illuvies aquarum terras *tenet* obrutas. *tenet me miſeratio infantis.*

Teneri ludis, ſpectaculis, anguſtiis, culpa, deſiderio magno alicujus rei, fœderibus, faucibus, jure jurando, lege, morbo, de aliqua re, conſcientia alicujus facti conſtrictum, obſtrictum fœdere, religione quatridui, voto, manifeſto in rebus turpibus, furti, teſtibus, vel argumentis, pœna, flagitiis, vadimonio, vix teneo quin.

Abstinere publico, cibo, vino, injuria, a furto, se vel manum alieno, vel manus ab aliquo, aliquem hæreditate, sermonem de re aliqua, ignem a domo, a se manus, vim & bellum ab aliquo; *abstineant* nobis invidere; non potuit abstinere quo minus; *abstinentia* alieni, vini, cœnæ: *abstinentissimus* alieni.

Attinere aliquem custodia: *attineri* vinculis servitutis, domi studiis: hoc nihil ad me *attinet*. Quid attinet? nihil attinet dicere.

Continere belluas septis, canes catenis, cupiditates, dolorem tacitum, audita, linguam risum, lacrymas, se in occulto, se domi, se ruri, animo & memoria aliquid, exercitum castris, *aliquem* silentio, in officio, in studiis cogitationum, omnia suo complexu, se in aliqua libidine, gaudium, numeros virtutis omnes, spiritum, vocem, vocem parietibus domus, manus alicujus ab aliquo: *continentur* artes cognatione quadam, imperium usque ad nos *continens*, *continentia* fundo alicujus prædia, illius salute nostra continetur, vix me contineo, quin &c agmen non continens, imber & somnus continens, cursu continenti fugientem sequi, juga & ædificia continentia, continenti incendio omnia ardent; *contentus* est parvo, modico, paucis, sua sorte, contentus arcus & cursus, vox contenta & submissa, fides in cithara contentæ & incontentæ. *Continuare* domus mœnibus, agros, *continuant* venti.

Deti-

Detinere aliquem inani spe, aliquem suspensum, *detineri* alienis negotiis *Distinere* pacem, *distineri* bello negotiis, curis, animo.

Obtinere locum proverbii, antiquum, humanitatem, alicujus erga se, locum magnum in medicaminibus, vim medicamenti, nomen sapientiæ, noctem dicitur caligo, partes accusatoris, principatum, provinciam cum imperio, venustatem antiquam, vicem alicujus rei, urbem armis, gradum civitatis summum, gravitatem parentis, svavitatem filii apud aliquem; *obtinet* fama, mos apud nos, apud eum suspicio: oratio eo *pertinet*; *pertinax* recti, studium scribendi pertinax, fama pertinax.

Retinere aliquid animo & memoria, in fide & officio aliquem, in sermone longe aliquem, alicujus rei memoriam, invidiam suam apud aliquem; aliquem sub sua potestate, mediocriter nos hæc res *retinet*. Retineri morbo, custodia: suæ dignitatis ac libertatis retinens.

Sustinere aliquem autoritate sua, assensum suum sive se ab assensu, se a lapsu, humeris & cervice aliquid, concursum omnium, culpam alicujus rei, curam belli, currum, magnam exspectationem imitandæ patris industriæ, ictum, impetum hostium, imperium alicujus labores, molem invidiæ, tempestatis injuriam, munus, morbum, nomen civitatis autoritate sua, onus, pœnam, personam alicujus, aciem

aciem labantem, suspicionem, sermones hominum, vultum alicujus: non *sustineo* hoc facere: *Sustine* & abstine:

Sustentare egestatem latrocinio, famem, se præclara sua conscientia, bellum auxilio & opibus alicujus, labores spe otii, se vix misereque, imbecillitatem valetudinis suæ.

TERERE aliquid mole, tempus, otium in rebus discendis, otium sermone, *terit* lapis lapidem, rerum novarum nomina consvetudo diuturna *trivit*: *tritum* sermone proverbium, mos tritior, via *tritissima*.

Atterere se scopulis, spinetis, alicujus famam, laudes, *attrita* bellis regio, ansa attrita, tela *attritu* acuere.

Conterere radicem in pulverem, diem, noctem conviviis, vitam, ætatem in litibus, operam, tempus & otium in studiis, injuriam voluntaria oblivione.

Deterere aliquid usu; *detrimentum* accipere, interre, capere: *disterere* aliquid bene in mortario.

Exterere grana e spica, litteram & Syllabam *interere* panem in lacte.

Obterere vestigia, infantem citatis jumentis, calumnias, obtrectationes & invidias malevolorum, laudes majorum, *obtritu* perire: *præterere* tunicam: *proterere* aciem, armatos, aversos, proteri infuga, *subterere* pedes.

TRAHERE aliquem ad defectionem, animam, spiritum, animum in spe, animam preca-

precariam, bellum, argumenta ex causa, gratiam recte factorum, nomen ex aliqua re, cognomen ex aliquo, consilium ex aliqua re, in diversum, in disceptationem aliquid, in longius aliquid, limitem longiorem, molestiam ex aliqua re, aliquem in partes, in crimen, in suam sententiam, in invidiam, in calamitatem, in sui admirationem, in religionem, intiserum aliquid, suspiones ex aliqua re, obsidionem in longius, obsidionem in alicujus adventum, sermonem ab aliquo initio, suspirium ex imo pectore, situm, spolia de hostibus, victoriam secum: *Trahi* studio laudis, ad supplicium, in profundum pondere, consvetudine ad imperii cupiditatem.

Tractare aliquem honorifice & liberalissime, magnifice, male, aspere, clementer, durius, humaniter, arma bellum, artem, causam, quæstionem, vulnera, copiole aliquid, se recte in aliquo munere.

Attrectare sacra, aliquid contaminatis manibus. *Contrectare* aliquid oculis, manu, mente. *Detrectare* prælium, dominum aliquem, habenas, imperium, ingenium magni livor *detrectat* Homeri.

Obtrectare alicui, laudes & laudibus alicujus. *Pertractare* bestias manibus, omni cogitatione aliquid Retractare materiam, etwas aufs neu vornehmen.

Abstrahere aliquem in servitutem, in supplicium, ab aliquo, e conspectu alicujus, a studiis, ab

ab impetu, a sensu mentis, a rebus gerendis, ab alicujus comitatu, se a solicitudine, se a corpore, de complexu aliquem.

Attrahere aliquem ad se, ad amicitiam ad negotium, animam. *Contrahere* amicitiam vel familiariratem cum aliquo, æs alienum, copias, bellum, castra, culpam, cladem, omnia in unum, æruginem, cicatrices vulnerum, frontem, morbum, inimicitias, ad colloquia aliquos pœnam sibi, orationem, tempus epularum, molestiam, tristitiam, matrimonium, odium, offensionem, periculum, ratione cum aliquo, malum sibi, vela, orationis vela. Contractiores noctes, studia in senectute sunt contractiora.

Detrahere alicui, & de fama alicujus; fidem verbis alicujus, alumnum mamma, alicui autotitatem, honorem, vestem, de autoritate alicujus, annulum de digito, fastidium, de pecunia aliquid, de pondere, aliquem ex sua possessione, solicitudinem alicui, ex summa, rei pretium.

Distrahere aliquem ab altero, industriam alicujus in plura studia, societatem cum aliquo, aliquid pluris, mediam Asiam Taurus distrahit, amicitia *distrahitur*; hunc a me necessitas *distrahit*; *distrahuntur* animi in contrarias sententias.

Extrahere in lucem aliquid, scelus ex occultis tenebris, pugnam in posterum, certamen usque ad noctem, se ex aliquo negotio, venena corpori, assensionem ex animis, diem, aliquot

aliquot dies, religionem ex animis, in annum aliquid, telum e corpore, dentes sine vexatione, cupiditates radicitus, triduum disputationibus, aliquid in alicujus adventum, in infinitum, diem dicendi mora, aliquem ex periculo. *Pertrahere* in nassam pisces, navem ad ripam.

Protrahere aliquem in medium, ad judicium aliquem, diem. *Retrahere* aliquem ex itinere, imaginem nocturnæ quietis ad spem haud dubiam, aliquem a studiis, se a convivio, aliquem in conditionem servorum, aliquem ex fuga, a republica.

Subtrahere aliquem invidiæ, aliquem judicio, se fuga, materiam furori alicujus, se labori, quem mors judicio *subtraxit*.

VERTERE arma in vel adversus aliquem, detrimentum in bonum, beneficium in injuriam, in aliquem causam vel culpam, in aliquem rei invidiam, iras, aliquid in consvetudinem, in fugam aliquem, in jocum aliquid, in ludibrium, iter retro, oculos omnium in se, agrum, omnia, libertatem in licentiam, in præsagium aliquid, in perniciem alicui aliquid, stilum in tabulis. flagitium in supplicium, terram bidentibus, regnum in provinciam, in privatum aliquid vel in rem suam, usum rei in luxuriam, segetem, se in alterius faciem, desperationem in virtutem, in partem pejorem, in cinerem aliquid, in contumeliam suam, platonem, in Latinum Græca, de Græcis aliquid, vitio & stultitiæ &c. alicui aliquid, se totum in aliquem, domum, eximo, cursum

ſum aliquo: DEus bene *vertat*, bene tibi res *vertat*. in eo res vel cardo rei vetitur, in Chriſto ſalus noſtra vertitur, *vertitur* quæſtio, res in meo foro, in voluntate ejus hoc, tempus hyemis æſtate, adhuc cœlum, quo me vertam neſcio, quoquo te verteris, manum non verterim; anno *vertente*. *Verſuram* facere, acies retro *verſa*.

Verſare animum alicujus in omnes partes, animum ſpe & metu, bellum, pecuniam, rem multis modis, ſecum in animo, ſe huc & illuc, ſpes occultas animo, verba, mentem ad dolum, cauſas in judiciis, aliquem, dolos tenaci forcipe ferrum, terram: Ingenium ad omnia *verſatile*, turbine vel cardine verſatilior: cura verſat mentem.

Verſari cum aliquo, circa aliquid, in aliqua re, ante & ob oculos, multum in imperiis & magiſtratibus, in celebritate, in periculo, in quæſtione, in re ſordida, in amoris rota, in labiis primoribus, in cogitatione rerum, in oculis & animo, in ore vulgi & communi proverbio, in quæſtu & in timore ruinæ, in inveſtigatione veri; in ſermone hominum & memoria, in familiaritate alicujus, in auribus omnium, in rebus & uſu, in meditatione rei; invita in hoc loco verſatur oratio.

Advertere animum rei & ad rem, animo, in aliquem, agmen urbi, curſum *Adverſari* alicui; *adverſus* homo, Deum adverſum habere, adverſa fortuna & res, animo adverſo, intueri adverſum ſolem, adverſo & ſecundo flumine navigare,

gare, vulnus adversum & aversum, aversus & adversus impudicus; aves adversæ; antipodes stant adversis vestigiis contra nostra vestigia, Scandere in adversum. *Animadvertere* cum silentio, in aliquem, facinus.

Avertere animum ab assiduo mœrore, se ab alicujus amicitia, rem a suspicione, aliquem a proposito, opinionem alicujus a spe adipiscendi.

Antevertere alicui, damnationem veneno, aliquid omnibus consiliis.

Convertere animum & studia ad aliquid, ad alicujus voluntatem & nutum se totum, omnem impetum belli in aliquem, in hilaritatem & risum animos, malum ad salutem, studium ad scribendi operam, ad suum commodum aliquid, adspectum aliquo, spem in fidem alicujus, in se animos omnium, se in fugam, se aliquo mente & cogitatione, in belluam se, in serium aliquid, in rem suam aliena: bellum ad pacem & concordiam: *convertit* ætas tua septenos octies solis anfractus reditusque, cœli *conversio*. *Controversari* inter se: res *controversa* & plena dissensionis.

Divertere seu *diverti* a proposito ad alia, ad vel apud aliquem in hospitium, in tabernam, in domum alicujus, *diversos* aliquos agere, in diversum hoc me trahit, diverticula quærere: *diversari* apud aliquem.

Ever-

Evertere aliquem. *Evertere* aliquem funditus bonis vel fortunis suis, leges, civitatem, statuam, currum; *Eversor* juris humani ac decoris, quercus vi tempestatis eversa, *eversionem* tectis inferre. *Invertere* ordinem, negotium, agrum fractis glebis. *Intervertere* alicui aliquid, alicui pecuniam.

Obvertere terga frontem & cornua alicui, signa hosti, navem fluctibus. *Obversari* in somnis, animo & in animo, oculis & ante oculos.

Prævertere aliquem aliqua re, & alicui aliquid, supplicium fuga. *Reverti* & *Revertere* ad animum pristinum, ad sanitatem mentis, in gratiam cum aliquo. *Subvertere* idem quod evertere.

inani ſpe, aliquem ſu-
negotiis *Distinere*
gotiis, curis, animo.
verbii, antiquum, hu-
a ſe, locum magnum
medicamenti, nomen
ur caligo, partes ac-
provinciam cum im-
quam, vicem alicujus
um civitatis ſummum,
vitatem filii apud ali-
mos apud nos, apud
pertinet; *pertinax* re-
pertinax, fama perti-

nimo & memoria, in fi-
in ſermone longe ali-
oriam, invidiam ſuam
ſub ſua poteſtate, me-
etinet. Retineri mor-
nitatis ac libertatis re-

autoritate ſua, aſſen-
nſu, ſe a lapſu, hume-
concurſum omnium,
am belli, currum, ma-
imitandæ patris indu-
hoſtium, imperium ali-
invidiæ, tempeſtatis in-
n, nomen civitatis au-
am, perſonam alicujus,
aciem